subscras sigillo Regni communiri iussimus. Datum
Varsauiæ die 2 Julij Anno Dni MDCxxx Regnorũ
Sigismundus Rex Paulus Kołądzki

Consensus eximendi Aduocatiam seu
Scultetiam in villa Lopuszczanka
in Capitaneatu Samboriensi existen. de ma-
nibus modernorum nullo iure possorum
Nobili Jacobo Odolski datus

Sigismundus III. etc. Significamus etc. Consensisse nos
consentireq; pntibus literis nris, Illi Jacobo Odolski qui
sub signis Nrosi Exercitus militauit vt possit et valeat
Aduocatiam seu Scultetiam in Villa Nra Minori Lopu-
szczanka Capitaneatus Samboriensi existen. certis pecunia-
arum summis, de manibus Successorum olim Joannis Lo-
puszczanski, vti nullo iure possor, redimere et in pos-
sessionem suam vindicare. Quam quidem Aduocatiam
modo premisso exemptam, memoratus Odolski cum
omnibus agris, pratis campis, hortis lacubus piscinis
subditis attinenq; et pertinen. vniuersis, antiquitus
eo spectan. cenebit et possidebit, ad extrema vitae sue tempo-
ra. Promittens pro, nobis et Sermis Successoribus Nris, non de nos
Sermosq; Successores Nros, dictum Olim Odolski, ab eosa et pos-
sessione prefata Scultetia amotum aut amoven. coipia pena
rem datum, sed salvum ius aduitale ipsi conseruatum: post
mortem vero ipsi non prius eadem Scultetia ad disponen-
dum redibit, quam summa ibidem lime inscia vel ex taxa com-
missarior. prouenien. Successibus ipsi persoluta fuerit. Jaribus
Nris Legal Leipul. et Cedule sigilli salvis In cuius rei fidem etc.
Datum Varsauie die x. Januj Anno Dni MDcxxx Regnor etc.
Sigismundus Rex

Paulus Kolodzki.

Succamerariatus Aurensis post
cessionem Grosi Joannis Novo-
dworski in personam Grosi Stanislai Brzo-
zowskii

v.p. Sigismundus III rex Significamus &c. Quod eos potissimum
gratia et munificentia nra Regia, argumentis prosequi
soleamus, quos auiti generis claritudo, constans fides et
integritas, singularia[q] in nos et Rempub. merita reddunt
commendatos, reputantes in eis vel maximam felicitatis
partem sitam ee, si suae cuiq; virtutum, et illustri facion
constent praemia, ysq; à nobis muneribus, et officijs admo-
ueantur, quibus e dignitate Nra patriq; commodo lau-
dabiliter defungi possint. Id certe vti sepe alias, ita
prti quoq; occasione, in deferendo Succamerariatus Aurei
muneris, Grosio Stanislao Brzozka, abunde declarauimus: quippe cuius gentilitia decora ab illustri olim Ducum
Masouiae prosapia manantia, constantem fidem iuris
patrij, et legum publicarum, diu quaesitam peritiam, integri-
tatem, ceteras[q] praestantes virtutes optime perspectas
et commendatas habemus. Comitia tam gnal quam par-
ticularia Regni, argumento ee possunt, qua prudentia
ille in rebus publicis tractandis polleat, quoui studio
Nram dignitatem et Reipub. salutem tueatur. In iu-
dicijs vero Tribunis, saepius Judicis manus non sine
virtutis sua, et integritatis commendatione obiuit. Idem

quoq bellicis expedicionibus presertim vero Moscouiticis non sine gravi fortunarumq suarum dispendio interfuit. Cum itaq Dignitarij Officiales ac vniversa Nobilis Ordo Aurei, pro more ac instituto istius Regni, post electionem Nobis Joannis Nowodworski Succamerarij Aurei, ad Castellanatum Racinzei, electorem quatuor virorum, Succamerariatus munere gerendi idoneorum, peregissent nobisq inter candidatos ase electos suis authenticis prefatum Nobilem Subdapiferum Aurei proposuissent illi potissimum munus id, Dari et conferri cedituros, damusq et concedimus pretibus suis nis per eum ad extrema vite ipsi tempora, vel maioris alicuius officij, aut dignitatis assecutionem cum omnibus iuribus et prerogatiuis gerendi et obtinendi: Quod omnibus quorum interest presertim vero Dignitarijs et Officialibus curiaq Nobilitati, Ordo Aurei, ad notitiam deducimus mandamusq et prenominatum Nobilem Stanislaum Brzoska, pro vero ac legitimo Succamerario Aurei habeant, et agnoscant ipsiq de loco, iuribus, prouentibus prerogatiuisq omnibus, quæ ad eius munus pertinent respondeant, responderiq ab alijs quorum interest curent Pro gratia sua. In cuius rei fidem presentes manu Nostra subscriptas Sigillo Regni communiri mandauimus. Datum Varsauiæ die x Mensis Junij Anno Dni MDCxxx Regnorum Nostrorum Poloniæ 24. Sigismundus Rex

Paulus Kołudzki

Subiudicatus Terris Iuniuladisla:

uiensis post electionem Gnosi

Alberti Trzebuchowski Gnoso Matthia

Tholiborski

v.p. Sigismundus m.p. Significamus p.p. Quos animi generis nobilitas, suaq et Maiorum suorum virtus, constans de nobis Reg.pub. bene merendi studium, promptissima ad obsequendum nobis voluntas integra fides et singularia merita abunde commendant eos potissimu Debitis ornare solemus honoribus. Proinde vacante ad pns munere Subiudicis Tris Iuniuladislauien. cuerione Gnosi Alberti Trzebuchowski ad offm Iudicis Terris Iuniuladislauien. cum Dignitarij Offales totag Klitas Paltus Iuniuladislauien. quatuor civos de uere ac veteri Regni huius instituto munere huic gerendo idoneos elegissent, nobisq tris aut plures proposuissent, alq ex eodem numero Gnosi Matthia Tholiborski, singulare virtus par expedien quibusuis functionibus dexteritas, promptum et indefessum de nobis ac de Reipub. benemerendi studium, cum alijs occasionibus tum precipue in particularibus coruentibus sepius contestata iamsq fidutia patrij Regumq publicarum non vulgaris peritia nobis commendata esset eidem Gnoso Matthie Tholiborski, hoc idem munus et offm Subiudicis Terris Paltus Iuniuladislauien. dan et conferen duximus

vt quidem

oti quidem Lamus, et conferimus hisce lris Nris, per eam ad
extrema vitæ sua tempora, vel maioris alicuius dignitatis
assecutionem, gerendi et obtinendi. Quod omnibus quorum inte-
rest, præsertim verò Dignitarijs, Officialibus, totiq; Nobi-
litati, Paltas Iuniladislauien, notum ce volumus, iussq;
mandamus, vt prædictum Prosum Mathiam Tholibols-
ki pro vero et lemo Subdilce Terresti Iuniladisla-
uien habeant, et agnoscant, illiq; de loco, prouentibus,
et iuribus, prærogatiuis, ad hoc idem ofm de iure vel
consuetudine pertinen, respondeant, et ab alijs quorū in-
terest responderi curent pro qua nra. In cuius rei fidem.
Data Varsauiæ die xii Julij. Anno MDcxxx. Regnor nror.
Sigismundus Rex

Pincernatus Plocensis Prosq Al:
berto Maximiliano Zukowski con:
ferri

Sigismundus iii ze. Significamus ze. Quodcum inte Mexis. vp.
lemus, Prosum Stanislaum Krzyski Capreum nrum Ozerovien'
munere Pincernatus Plocen abrenunciasse, illiq; resignas,
ze. Nos Prosi. Alberti Maximiliani Zukowski, de magna Zu-
kowo, auita nobilitate, in Regno hoc progenitori, præstantes
virtutes, eximiumq; de nobis et Resp. bene merendi studiū

et alacritatem optimè commendatâ habeñ, dignum iudicaui-
mus, quem gratiâ, et beneficentiâ nrâ Regiâ argumentis
prosequamur, ipsig idem munus Pincernatus Plocen, modo pre-
misso vacans, Volen non solum preclara eius erga nos et
Rempub. remanerati merita, verum etiam ad laudis, atq; virtutis
studium eò magis incitare, dan't et conferen' ceduximus, vtiqui-
Dem damus et conferimus pręnibus lis nris; ita vt illud cum om-
nibus prerogatiuis et obuentionibus, ad extrema vitę sue
tempora, vel maioris dignitatis assecutionem, teneat et obtine-
at. Quod omnibus quorum interest, presertim verò dignitarijs
officialibus, et vniuersę nobilitati Palatus Plocen' notum fe-
cimus, mandan', vt memoratu Prosun Łukowski oc-
rum, et temu Pincernam Plocen' habeant, et agnoscant, ipsig
de loco, et prerogatiuis vibus, quę ad offm eius pertinentes,
pondeant, respondeniq; curent. Prog nra. In cuius rei Dem ze.
Dati Varsauię die xii Junij Anno m.d.cxxx. Regnorum ze.
Sigismundus Rex Joes Lipski.

Notariatus Terrestris Scolacen-
sis post mortem Gnosi Stani:
slai Plichta Gnoso Adamo Brocho:
noski confertur

v.p. Sigismundus etc. Significamus ze. Merentibus amitię-
ris claritatem, de eximia doctrina, atq; erudito-
rem domi forisq; diu gestam, imprimis verò clarum de No-

bis; ac Repub. benemerendi studium, in complaribus Nris publicis Functionibus cõtestatum, Inosi Adami Brochow. ski, Secretarij Nri, vt ei propensum Regij animi affectũ quauis occone exibeamus, et per minora obsequia in patria Functiones, quibus se dignum, pareq; ostendit ipsi idẽ fatefaciamus. Proinde cum Dignitarij, Officiales totaq; Nobilitas Terre Sochacouien, pro iure et instituto Regni istius, post mortem Inosi Stanislai Pliszka, Notarij Sochacouien, Electionem quatuor virorum nobilium huic Notariatus munere gerendo idoneorum peregissent eosq; his authenticis proposuissent vt ex illis vnũ cui nobis videretur hoc Notariatus Terris ostr conferremus: illi ipsi notariatum Terrestrem Sochacouien, modo premis so vacantem dari et conferri cõmaximus, prout quidem damus et conferimus pntibus his nris ita vt cum ad ea, crema vita sua tempora, aut amplioris alicuius dignitatis, aut officij assecutionem cum omnibus iuribus gratiis et libertatibus, obtineat et habeat. Quis domi, bus quorum interest, presertim vero Dignitarijs et Officialibus, et vniuersa Nobilitati Terre Sochacouien notũ testatumq; facimus, mandan, et prefatum Inosan Adamũ Brochowski, pro vero et ltmo Notario Terri habeant, et agnoscant, iurisdictioni eius pareant, eiq; de loco, iuribus prerogatiis et obuentionibus sibi ad Offm et munus hoc vel lege, vel consuetudine laudabili spectanti respondeant. Pro gra Nra. In cuius rei fidem ci. Datum Varsauiæ die xxii Martis Anno Dni MDCxxx Regnorum Nrorum ci.

Sigismundus Rex

Joes Lipski.

Consensus ad cedendum de fun:
dis Sapohow dictis Gnoso Samuel
Nadolski Pedituatus Polonici Capneo in
personam Nobis Severini Tworzyanski
datus

v.R. Sigismundus &c. Significamus &c. Dedisse nos dilec
tionibus Vris pris, facultatem et Consensum Nrum Fabio
Samueli Nadolski Pedituatus Nri Poloniici Capneo vt
possit et valeat de omni et integro iure suo sibi super
certos desertos fundos, Sapohow dictos, in Palat Podo
lid et Detu Camenecn, consisten competenti, cedere illudq;
in personam Nris Severini Tworzyanski, veterani militis
Nri coram quibus cum Regni Nri aud Sentiis actis trans
ferre et transfundere: ita vt post factam eam lege cessi
onem vigore eius pntisq; Consensus Nri, predictos agros
Sapohow, cum omnibus et singulis antiquitus ad spectan
attinen memoratus Severinus Tworzyanski teneat habe
at et possideat ad extrema vita sua tempora. Promittimus
autem pro nobis, et Sermis Successoribus Nris non ei nos memo
ratum Severinum Tworzyanski, ab eo et posteris suis pre
dictorum fundorum quam amotures et alienaturos
aut amouendi, et alienandi cuipiam pratem facturos, sed
saluum et integrum ius a dictis ipsi conseruaturos quod
et Sermi Successores Nri prestabunt. Oneribus ex eisdem fun
dis Regal. debitis tum Juribus Nris Regalibus Regnib.
Coloniq; Castri salvis, ibidem manen. In cuius rei fidem
presentes manu Nra subscripas sigillo Regni communiri iussimus.

Datum Varsauiæ die xo Mensis Junij Anno Dni M
D xxx Regnorum Nrorum Polon: xxxxm Sueciæ xxxvi°
Sigismundus Rex Daniel Szycki.

Iudicatus Terrestris Wiskunensis
post executionem Gnosi Szyszkowska
Gnoso Stanislao Borek Gostyński con:
fectus.

Sigismundus m. p. Significamus ut. Meretur id, v:p:
cum singularis animi nobilitatis splendor, tum egregiæ
laudis, atq; virtutis ex rebus præclarè gestis, quod ea
decora, Gnosi Stanislai Gostyński Borek vt cum gra
tia, benevolentiaq; Nrâ Regiâ argumentis prosequa
mur, eiusdemq; occasionibus faueamus quo non solum
egregia ipsius erga nos et Rempub. merita remunere
mur, verùm etiam ad laudis atq; virtutis studium eos ma
gis eum incitemus. Itaq; præclaris Maioribus ori
undè, innatæ memor indolis quo eorum gloriam adæqua
ret, nomenq; suum heroicis factis illustraret,
ita se semper gessit, vt nihil in se quod ad offm boni
Ciuis patriæq; amantis pertineret, desiderari unquã
pateretur. Hinc toties ab vniuersa Nobilitate Terræ
suæ lectus ad Comitia Regni Dalia, Nuncius illud
potissimum inter publica consilia semper spectauit
vt quicquid decerneretur, ad dignitatem Nram Re
giam, salutem Reipub., ac vtilitatem vniuersorũ

referri posset: eo animo alijs quoq; ꝯuentibus interesse
ꝯsueuit, quo obiq; benemerendi de Nobis et Repub.
studium suum exerceretur. Proinde cum Dignitarij
Ostales et Militares Terræ Wieluñen pro iure et inde
culo Regni post Electionem Illustr
kowski Iudicis Terris Wieluñen ad Succamerari
atum Wieluñen, electiõ quatuor virorum Nobilium
ad Iudicis munus idoneorum peregissent nobisq; inter can
didatos, à se electos, eundem Prosum Stanislaũ Borek
Lostinski proposuissent, illi potissimum quod præterce
teras virtutes iuris quoq; patrij, et legum publicarum
notitiam habeat, id munus dari et conferri cẽ duximus:
Ac quidem damus et conferimus præsentibus Inis nris per
eum ad extrema vitæ sua tempora, vel maioris alicuius
Dñj aut dignitatis, assecutionem gerend et obtinend. Quod
omnibus quorum interest præsertim vero Dignitarijs
et Ostalibus cunctiq; Nobilitati Terræ Wieluñen ad
notitiam deducimus mandamusq; ut prænominatũ Prosum
Stanislaum Borek Lostinski pro vero et legitimo Iudice
Terræ Wieluñen habeant et agnoscant, eiusq; Iurisdõi
pareant ipsiq; de toco iuribus, prouentibus, præroga
tiuisq; omnibus, quæ ad eius munus pertinent respon de
ant respondeq; ab ijs quorum interest curent. In cuius
rei fidem præsentes manu nra subscriptas sigillo
Regni communiri iussimus. Datum Varsauiæ die 4to
Mensis Junij Anno Dñi 1628 Regnorum Nrorum xii.

Segismundus Rex Paulus Kołudzki

Consensus cedendi de iure ad

ultalo super tres mansos agri et medium
quarti in villa Wolka in Capitaneatu Lancicien
ente G. Joan. Simon. Szczawinski in possam Sakowski

Sigismundus III rex. Significamus Pra. oblatas ce adiecta Ea.
Cancellariæ nræ maioris, literas infrascriptas, Supplicatúq; No-
bis est, vt eas ad calem. Acta inscribi, atq; ingrossari manda-
rediignaremur, quarum literarum tenor, qui sequitur talis est.
Consentire nos et permittere precibus fidis nris Ladislao Joanni
Simoni Szczawinski, Capitaneo nro Lancicien, vt possit, et va-
leat, de omni et integro iure suo aduitalitio sibi super tres
mansos agri, et medium quarti, in Villa nra molka Capitaneatus
eiusdem consistent, competente, cedere, illudq; coram quibusvis
Legni nri auchenticis Actis, in personam fidis Alberti La-
kowski, qui in variis expeditionibus, vt pote contra Cosa-
cos, et proxi Pruthenicd, militarem nobis et Reipub. naua-
uit operam, transferre, et transfundere; ita vt post facta eam
lem cessionem, vigore eius predictus Consensus nri, dictos tres
mansos, et medium quarti, ac omnibus eorum attinen, et pertinen,
potissimum vero cum certis pascuis, dicto Ostrowek eo spectan,
memoratus idem Lakowski teneat, habeat, et possideat, ad ex-
trema vitæ sue tempora. Promittimusq; pro nobis, et Sere-
cessoribus nris nos ec nos eundem Lakowski ab vxa et possessori-
dor mansorum vita ipsi durante amotue, neminiq; amouen plem
facturi, sed salui et integri iuris ipsi aduitalis conseruando, salvis
tribus ex iisdem mansis debitis, quibus nris Regat Leisp. et Cale
Castle illatis manen. In cuius rei fidem &c. Datum Varsauiæ die

xxx. Januarij Anno Dñi MDCxxx. Regnorum nostrorum Si-
gismundus Rex. Paulus Kołudzki. Cui supplicoñi nos beni-
gnè annuen trás Pñs ertas ad eadem Acta inscribi, atq; ingros-
sari mandauimus. In cuius rei Dem pntes sigillo Regni comma-
niri iussimus. Datú Varsauiæ die xxi Januj Anno Mo Cxxx Regnor.

Relás Ldi Chró Pñs Dñi Jacobi
Dadzik Epi Culmen, et Pomesanid
Regni Pol Supremi Cancellarij
Consensus eximendi Iuillam Wiorka dz et
Aduocam. ibidem exstem de manibus Succorum
Es. G. Joannis Sokolinski. G Georgio Mysocki Jacobo Przezdzie
cki Stanisl. Chomentowski Alex. Catowanski datum
Sigismundus ttt 2e. Significamus 2e. Co nos semper erga vros
fortes, ac eximiis in Rempul. meritis insignes fuisse animo,
et spectata illorum virtutis ornamenta, debitig; Pnis affician-
apprime studeremus, ita facilius et eos in capto virtutis cursu
retinturos, et alios ad similia pclarè facta, ac benè de Repul.
merendum allracturos rati. Quare cum Vnos ex dilectorum Georgy Mys-
socki, Jacobi Przezdziecki, Stanislai Chomętowski, et Ale-
xandri Catowanski veteranor Militú nrorum singularia in nos
et Rem. merita in plurimis expeditionibus bellicis, tam Valachi-
cis, contra Christiani nominis hostes Turcas, et Tartaros, quàm
proxè preteritâ Pralsenica, contra Sudermanú ducem insecpta,
cum summo vitæ fortunarúq; suarum dispendio, et iactura abun-
de pnsentia, et contestata, optimè perspecta habeamus, æquum
sanè iudicauimus, vt exima ipsor merita, inuictumq; in pro-
ferendis pro patria periculis animú, ac fortia facta be-
nigno favore prosequamur, munificentiaq; nra.

ra exornemus. Quod et primi occone testatum facere-
mus, consentien et permittem ei duximus consentimus q
et permittimus pr̃ibus et possint et valeant Villam Wi-
chrad, et Aduocatiam ibidem existen in capitu Varecen
sib de manibus Successum Quondam Joannis Sokolinski
Notarij et Referendarij M D Lit. eorum vltimi et
immediati possoris eximere et in possionem suam vindi-
care. Quam quidem Villam cum Aduocatia exemptam et
liberatam, memorati milites nri cum omnibus ad illam
et pertinen areis videlicet curijs edificijs agris pratis
campis tabernis molendinis stagnis piscinis fluuijs
riuulis bornis gais rubetis hortulanis ingui-
linis eorum censibus laboribus datijs dationibus omni-
busq vsibus et singulis pertinen commodis et vtilitatibus
cenebunt habebunt et possidebunt quilibet pro sorte et
interesse suo ad extrema vite sue tempora. Promittimus q
pro nobis et Sermis Successoribus nris nro et nos eosdem
ab vsu et possone dicte Ville et Aduocatie amoturos
aut cuipiam amouen alienand p̃tem daturos sed sal-
uum et integrum ius aduitle cuilibet pro sorte et in-
teresse suo conseruaturos. Quod et Sermi Successores Nri
facturi sunt. Ratione cuius aduitalitatis quarta summe
pecunie ad partem in eisdem bonis inscripte, nobis et Re-
gie reuerbere et condonare tenebuntur. De Aduoca-
tia vero non prius Successores eorum cedere tenebun-
tur, quam summa in lris Originalibus expressa aut

ex bona Commissariorum proueniens ipsis integrè numerata fuerit. Iuribus Aliis Legalibus Regni et Coronæ Cathedæ salvis manen. In cuius rei fidem præsentes manu Nra subscras sigillo Regni communiri fecimus. Datum Varsauiæ die xxvi Mensis Junij Anno Dni MDC xxxx Regnorum Aliorum vt supra

Sigismundus Rex Jac. Max. Fredro.

Consensus eximendi Tabernam Sienicz: na dictam cum prædio in eiusdem Taber: na fundo extructo in Capneatu Rab: sitensi consisten de manibus succorum olim A: dami Slanka. Nobli Thomæ Krassonski

datue

Sigismundus III rex. Significamus vi. Consensisse Nos consentireq; præsentibus, Aliis Nobli Thomæ Krasow: ski, Cancellariæ Nræ Notario, vt possit et valeat Ta: bernam Sieniczna dictam, cum prædio, in fundo eiusd Taberna nouiter extructo, in Capneatu Rabstinen con: sisten, de manibus Succorum olim Adami Slanka nullo iure possessor certis pactionibus summis redime: re, seu alia quauis iuris via in possessionem suam vin: dicare. Quam quidem Tabernam, prædiumq; nouiter extructum, memoratus Thomas Krasowski cum om: nibus agris, pratis campis, hortis piscinis, sylvis, subditis, Kolik dicto, necnon alijs omnibusq; attinen: et pertinen, antiquitus eò spectan tenebit, et possidebit. ad extrema vitæ sue tempora. Promittens pro Nobis et

Sermis Successoribus Nris non cè Nos eundem Donatarium Nrum
ab omi et possone bonorum dicti Taberne amoturos
aut amoveri curiam patiem Laturos, sed salvum ius
a dictale ipsi conservaturos. Post mortem vero ipsi
non prius bona eiusdem Taberne ad disporem Nrám
redibunt quam summa ibidem lini inscripta vel ex ta
xa Commissionis nram proveniens Successoribus ipsi per
soluta fuerit. Datibus Nris Legalibus Leipus et Calis
Calis salutis Incarnis vre fo cc cè Datum Varsavie
die xvm Mensis Juny Anno Dni M D xxxx Regnorum ii.
Sigismundus Rex Jors Lipski

Vexilliferatus Incola dislaus.
ensis post electionem Gnosi An:
dreæ Ruszkowski ad Succameraria:
tum Palatus eiusdem Gnoso Bartolomeo Kacz
kowski confertur

Sigismundus III rè. Significamus rè. Cum Nos in or- 1.30.
dendis subditis nris decere rationem, et quos antiq
virtus et gentilicia decora tum etiam singulana in Nos
et Reipub merita commendant eos grà let benevolentiâ
Nrâ Regia dignos censeamus. Sed certè militaria me
rita cum stipis claritudine coniuncta, longè maiorem
in Nobis erga vivos, tam maiorum quam sui ipsorum vir
tute et meritis claros excitant affectum: quippe qui
pro Nrâ et Reipub. salute potiorem etatis partem cu
vitâ privatarumq fortunarum dispendio rei militari

dederunt. Ex eorum numero et Erasmus Bartholomeus
Kaczkowski, Pocillator Insuladislauien. qui eâ fami-
lia ejsq. maioribus ortus est, ex quibus boni publici
et patriæ amantes Cives prodiere, idem pari studio
quo eosdem Maiores suos adæquaret in solidum glori-
æ deus incumbit quanè sit erga nos fide, quo erga patri-
am amore in Conuentibus Regni, tam Tractibus quam
particularibus, abunde testari non intermittit. In
militia porro sub tempus belli Moschouitici, ita versa-
tus est, vt eam non propositorum stipendiorum ratio
aut opimarum et hostibus spoliarum spes, sed seruens
alacre, et indefessum nobis et Reipub. inseruiendi studi-
um ad tot vitæ adeunda pericula, incommoda belli per-
ferenda, fortunarumq. iacturâ subeunda pertraxerit.
Quibus quidem ipsi eximijs meritis nos pro eo, ac par est,
benigne voluntatis nra affectu rndere volentes, sicut
nullam antea ipsi ornandi occasionem prætermisimus,
ita in præsti cum Vexilliferatum Insuladislauien. post
excessum Erasmi Andreæ Ruszkowski ad Stuca-
ueratum Palatus eiusdem vacare contingat eidem
hoc ipsum Vexilliferatus munus, dandi et conferendi
duximus: vbi quidem damus et conferimus per eum ad
extrema vitæ tempora, vel maioris alicuius officij aut
dignitatis assecutionem gerendi et obtinendi. Quocirca
vos quorum interest præfatum vero Dignitarij, Offici-
alibus, cunctisq. Nobilitati Palatus Insuladislauien. ad
nostram deducti mandamus, vt præfatum Erasmum Bar-
tholomeum Kaczkowski, pro vero et limo Palatus sui

Vexillifero habeant et agnoscant eidemq; de loco iuribus
prouentibus prerogatiuisq; omnibus respondeant respon-
derique ab ijs quorum interest curent. In cuius rei
cuius rei fidem &c. Datum Varsauie die xx Mensis
Junij Anno Dni MDCxxx Regnorum Nrorum &c. supra.

Ratificatio seu declaratio Consensus Mgci
Konarscki Palatini Pomer. super cedem Villa
Domislaw cum prædio in perpetuam Prob. Zaleskij
Cancellarij dat.

Sigismundus &c. Significamus &c. Declaramus non ita
videri, olim Mgcō Boro Sed de Lembork Konarski
Palatini Pomeranie Consensum Nrum quo ipsa medi-
ante toto iure aduitalicio, sibi super Villam Domis-
law, eiusq; Prædium in Capreatu Hamerstijen situm
seruien' cum omnibus bonorum eorum generalē attinen'
Prosis Andree Zaleski Terrarum Prussie Cancella-
rio et Secretarijs Nrō et Catherine de Konarzyn Con-
iugibus, in solidum cessit et condescendit. Quoniam
uero prior Consensus Nr, ambiguitatem rone nonnulla-
rum, ad eam Villam attinentiarum, in quarum omnium
et singulorum, retroactē bonorum dictorum possessio
Mgcā Palatina possonē extiterunt necnon modernicham
Coniuges censent, spectare videtur: ideo hanc dicti Pri-
uilegij Nri Facimus declarationem: scilicet vt ijdem Prosi
moderni Tenutarij, quilibet pro suo iure aduitali tam
omnium Villa prædijq; illius attinentiarum, quā speciali

Ex.

ter

cer certorum pratorum ad Flumen Czarna et Mokiewnice
alibiq in Sylvis et nemoribus Hamerstinen pitorum, quo-
ms decung nuncupator, ad vsum Curiæ subditorumq Villæ
præfatæ, antiquitus pertinentes cùm cum censibus ex vsi
subditorum suorum pratis proueniens, atq libera lignorum
in Sylvis Capreatus Nri Hamerstinen pro foco et repa-
ratione Curiæ eiusdem domesticæ, incisione liberum ha-
beant vsum fructum et pacifican prout ipsorum Ante-
cessores Villæ dictæ Tenutarij habuerunt possessionem
ad extrema sua vel alterius vitæ eorum superstitis
tempora. Quod ad omnium quorum interest præsertim
vero moderni et aliorum pro tempore exptium Capreorum
Hamerstinen notitiam deducendo mandamus vt præ-
dictos Coniuges in vsu et pacifica prædictarum Villæ
prædijq attinentiarum possessione et libera incisione
lignorum, manu teneant et conseruent ac ab alijs conser-
uari curent. Quarta tamen de eadem Villa et prædis
prouentuum parte Cauam quotannis importan et Iu-
ribus Nris Regalibus Reipub. Eccliæq Catholicæ salvis.
In cuius rei fidem præsentes manu Nra subscripsimus Sigillo
Regni communiri iussimus. Datum Varsauiæ die xx
Mensis Junij Anno Dni MDCxxx Regnorum re.

Donatio Molendini in villa Zie-
lonki post mortem Honesti Stanislai
Stawicki Honesto Joanne Stawicc filio præ-
dicti Stanisl Stawicc.

Sigismundus III. &c. Significamus &c. Quia Nos inter-
cessionibus nonnullorum Consiliariorum Nostrorum apud Nos
pro Honesto Joanne Stawiec, Honesti Stanislai Sta-
wiec, nuper defuncti molendinatoris, in Villa Ná
Zielonki filio, apud nos factis benigne annuentes
prefatum molendinum, more predicti Stanis-
lai ad nos dispositionemq; Nram devolutum, tandem
illi esse iure adultalicio existimauimus: prout per
presentes bonis Nris damus et concedimus: ita tem-
pe, quod quamdiu in humanis vitam aget molen-
dinum illud, cui cum omnibus et singulis bonis, ad
illud antiquitus pertinen, pacifice et quiete tenebit,
habebit et possidebit, ac eodem libertate vtetur ac
fruetur. Polliceturq; verbo Nro Regis pro Nobis et
Sermis Successoribus Nris Regibus Poloniæ, remini nos
unquam ipsis Joanne Stawiec superstite facultatem
esse concessuros istius molendini de manibus suis pos-
sessione sua redimendi, vel quauis ratione recuperan-
di, sed neq; nos etiam ipsi, vel Sermi Successores Nri hoc
ipsum quoq; redemptum aut quacunq; ratione et modo
recuperatum sunt. Post mortem autem predicti Jo-
annis Stawiec, Successores sui non prius ab eisdem posso-
re et vsa amouebantur quam numerata illis integre
ea summa, quæ in eo molendino inscripta antiquitus est
vel si hæc nulla fuerit, quæ ex taxatione istius molendini
a Commissarijs prouenerit. Teneatur tamen ex eodem

molendino censum debitum et consuetum Nobis et Successoribus Nris, seu Tenutariis Zielonen, hic ipse Joannes Slawiec, quotannis pendere et operas debitas facere onera consuetа subire. Juribus Nris Regalibus Eccl. et Eccl Cathedr salvis manen. In cuius rei fidem &c. Datum Varsauiæ die xx Mensis Junij Anno Dni Mdxxx Regnorum Nrorum Polon xxxxvm Sueciæ xxxxvm.

Sigismundus Rex Paulus Koladki.

Confirmatio literarum Commissariorum ad Rem. Mtem ad infrascr causam ad Sam: boriam deputatorum int Magnum Ciuitat eius et Communitatem interueden.

Sigismundus &c. Significamus &c. Exhibitas nobis ex tras papireas, manibus Prlium et Egregiorum Nicolai Krosnowski Præpti Brelscen, Joannis Tarnowski Canonici Vladislavien et Varsavien, Fabricelis Bierecki, Andreæ Komorowski Remissarior Rorum Decreto ad eandem causam specificator subscriptas et sigillis eorundem communitas trans actionem certam inter Magnum Samborien et communitatem eiusdem Ciuitatis Samborien, bonum ordinem concernens, iuridicè et ltmè, ex Consensu partiu expedi-tam inse continen, sanas salvas illæsas omnig suspitionis nota carentes Supplicatumq nobis vt eandem

auctoritate

authoritate vra Regia confirmare et approbare dignare:
mur Quarum literarum tenor sequitur talis. Trans=
actis inter Agrtum Samboriensem et communitatem Juri=
dice, et legitimè ex consensu partium expedita, et ad punc̃a
certa, sub ratihabitione et approbatione Sac. Rs. Mts
per Dominos Commissarios, redacta. Punctum primum: bo=
num ordinem Ciuitatis concernit, vt quouis anno habeat no:
uos duos Patres familias, vulgo Conscriptos, quorum
ex Consulibus, alter vero ex Viginti Quatuor viris, vterq;
bene possessionati non oberrati, bonæ famæ, et existima=
tionis integræ, certo tempore, nimirum circa electionem Con:
sulum, per Agrtum vtrumq;, et Viginti Quatuor viros, eli=
gi debent. Qui Conscripti omnia munia, ad rem familia:
rem necessaria, obire, contributiones publicas et priuatas,
per famulos Ciuitatis exigere, pro omnibus necessitatibus Ci=
uitat communicato consilio, cum Proconsule et Conss. tum ordi=
narios quentus, quam restas ex contributionibus, si quæ fu:
erint, errogare et distribuere, alquouis anno, sub determi=
noctij sui, immediatè, ante electiõ tam Conss. qm Viginti
Quatuor viris totam cõmunitat repsentan, de cibus percepi et
distribut, calculum facere, et quietõ obtinere tenebunt, eruntq ad
dicti. Punctu secundum: Maioris in Ciuitate ordinis grã, neue
tumultus minus necessarij, circa publicas Conuentiõ Ciuitat exuientz,
resp commodo Ciuitat,

in trutinam accepta, facilius expediri possent, subqm. electo Mgrō
iux ordinationem Civitat Leopolien, ex communitate Viginti quatuor viros,
iudicio pollent, conscientiā et famā illese, qui totam repraesen-
tent communitatem; inter quos Cesmagri contuberniorum in clu-
di debent, eligere tenebitur; qui quidem Viginti quatuor viri,
una cum Consulibus calculum Consulos audien, eorq quietan, in
negotijs Civitat consilia communican, iniurias priua-
torum ad Mgrtm differen, de prouentibus Civitat scien, absolu-
tam à communitate habebunt ptēm, qui in bona fide, inom-
nibus cum Mgrtu et communitate procedere obdestinati, à
Mgrtu, excepto lēmo impedimento interiorium sub pena grossor
sex, per quemuis temere sese absentantem luenda, sine qualis
tergiuersone, conuenire debebunt. Quorum Viginti Quatuor virorum
officium annuum, et loncorum cum libera appbone eorund, qi pro
ptenti anno fuerunt electi, eē debebit; Punctum tertium. si ab-
hinc contribuo pubca, in Comitijs constituta fuerint, eam sup nomi-
nati Oneri, in Praetorio, cum scitu Mgrtus, per famulos Civitat
(vti superius insinuatum est) exigent. Quietationem ab
Exactoribus, pro more et consueta die obtinebunt, eamq
ad archiuum Civitatis publicum deferent, calculum, ob-
tenta quietone Mgrtui, et Viginti quatuor civibus faciēt,
et si quid restat vt supra dictum est superfuerit, propu-
blico bono, vel reparatione moenium, aliarumque
Structurarum Civitatis ex Consensu tam Magistratus.

quam viginti quatuor virorum conuertent. Punctum
Quartum. Prouentus in sustentationem dignitatis
Consularis, per communitatem Algrii tales concessi-
nimirum census a domanculis in aggere sit. Census a
Pistoribus et alijs venditoribus bagis, aliqz obuenci-
nes Magistratui, tum ex publicis laudis, tum ex consue-
tudine antiqua et recepta seruientes, circa Algrum con-
seruali, ex quibus rohem nemini nisi sibi ipsis ad inui-
cem, prestare tenebuntur. Idem Consules, iux primile-
gium suum et equitatem, propter onera officij sui ab
omnibus contributionibus priuatis et publicis, libeni ce
debebunt, specialiter tamen, ex ora domo in qua quisq
Consul habitat et horeis ad eandem domum spectantibus.
Si vero quispiam Consulum, plures domos et hortos ha-
beat, ad onera equalia cum alijs Ciuibus prestanda, ex
ijs domibus et horeis tenebitur, eritq inposterum adsci-
ptus. Domus quoq Nobilium, in fundis Ciuitatis sitt, om-
nibus oneribus et exactionibus tam publicis quam priuatis,
iuxta Constones Regni, et praxim Curie SL Mtis vsita-
tam subiacere debent. Famulorum tamen Ecclie Par-
chialis domus, utpote Organarij ex Consensu tam Algrii
quam vrginti quatuor virorum, ab omnibus oneribus Ciui-
talis exceptis contributionibus publicis ad quas equa-
liter cum alijs Ciuibus prestandas erunt adstringi
libeq proindicant. Punctum Quintum. Iudicia
Algrii Consulana et Aduocatialia, iuste, iuridice remi-
ni faciendo, sine acceptione personarum, absoluant. Ip:

pellationes ab accessorijs, ob inutiles sumptus amputet. Decretis grauaminosis, Ciues in dicta causa non teneret, penas moderatas, et multetas non enormes, de Ciuibus sanat, sine causa nullum Ciuem, incarcerare audeat. Idem Magistratus Consulans, et Scabini ostò Iudicis sint contenti. Procuratoris munere, nisi forte in causis propriis minime fungendo, in cau privator sese non immisceant. Notarius q.dog Ciuitatis ostm suum Notariatus, non aut pro curatoris, nisi forte in causa sua propria agat, et absoluat. Appellones in quindena expediat, interponentes aliter appellones, in triduo, cum sportulas omnes, cum et omnia requisita ad causam reddant. Ciues non detractet sed in coro sese ad informationem Ciuitatis Copolien' ad instam Illmi olim Thesaurarij Regni, Domini Nicolai Dainto, riez Capnci Sambotien', et Communitatis, huc transmissam referat, omnia pro iuramentis suis tam vterq Magtus quam Notarius, rite et fine absoluat. Ciues quog omnes et singuli, judices suos ordinarios agnoscant, incarceratos a Magtu e Carceribus dimittere non audeant, nec per quas-pian subordinatas personas limiti curent, eaq omnia eam Magtus quam Ciues obseruent nec quidpiam in contra rium attentare audeant. Punctum Sextum. Aduertere et precauere debet Magtus, ne abhinc priuati Ciues malò minus idem Magtus, occasiones discordiarū cum hominibus Cques ordinis det alias qui occasionem dederit, penas à Magtu decernen', luat, et omnes expensas, ex propria refundat, nisi sit causa et iniuria

publicum bonum concernens, et violationes pacis publicæ
sapiat, quam omnes Ciues communi omnium sumptu vin-
dicare debent. Punctum Septimum. Caueat abhinc
Magtus ne fundos Ciuiles sine consensu Lonerorũ, et vigin-
ti quatuor virorum alienare audeat nisi in maiori con-
modum Ciuitatis cedere possint. Curet idem Magtus Scho-
peta Ciuilia, Arsenalem Lrdo Pri Magno Piscowski
Canon et Offali Premisliẽ, Prapto Samborien, multos
olata, quampriumum recuperare, in posterum autem sine
consensu Lonerorum, et viginti quatuor virorum nequa-
quam audeat alienare, nec ei tendam cuipiam concedere,
quin potius tam tormenta bellica augere, quam menia capta
idq; communi sumptu, continuare. Punctum Octauum. Ar-
si Magistri Contubernionum, negligentes et inobedientes,
tam et drarium Contubernale exhaurientes, animaduersio-
ni Magtus Lonerorum et viginti quatuor virorum subesse
roneq; ad instan Contubernalium suorum, ex perceptis et
expensis in prntia Magtus d Lonerorum, ijsdem Contuber-
nalibus facere, inde et symbola, et prouentus Contuber-
nales, in reparatione tormentorum et sclopetorum contu-
bernalium, corundemq; nã cum pulueribus ancisone, ero-
gentur, seriõ incumbere debebunt, eruntq; adstricti. Pun-
ctum Nonum. Constituat idem Magtus, et assignet, ex
nunc in Ciuitate et suburbijs, exemplo Ciuitatis Leopo-
lien Decuriones, quorum olim erat tempore pacis minus
honeste se se gerentes et licentiose viuentes, ad Mgtum
deferre, sub tempus in curiosis, utrum habeant capta et
bona sclopeta, aliamq; armaturam cum sufficientia.

pulueris et globorum plumbeorum, aduertere, pericula incen-
diorum, et pestis (quod Deus auertat) prævidere, præsisa
flagrtii denunciare, aliàq omnia bonum Ciuitatis concernen
perficere, ac ad bonum finem dirigere. Constituat simul idem
Magtus Centuriones, qui præsint Decurionibus, et in eos in
omnibus animaduertant. Quartum Decimum. Magtus
Ciuitatis, iuxta priuilegia et iura, cè debet, aliquos ve-
ro é Consulibus, vitâ functo Magtus cum viginti quatu-
or viris in locum illius eligere virum bonæ famæ ele-
ctumq; præsentare Ill.mo Dno Capitaneo Samborien, vel illi-
us locum tenenti debebit. Quem præsentatum Illmus D. Capi-
taneus, vel locum tenens, confirmabit ex decem Consuli-
bus pro quouis anno duos pro Regenda Ciuitate Illmi D.
Capitanei tres verò communitas eliget qui modo præmisso
Ciuitatem ordinabunt. Aduocati quoq; Electio, et præsen-
tatio penes Magtum, et viginti quatuor viros. Confir-
matio penes Capitaneum, cè debet. Scabinorum verò nume-
ros in posterum Rotenarius cè debebit, qui omnes cum Ad-
uocato causam iustè iudicabunt. Syndicus quus eligatur
ex communitate tota, ad quem omnes Cives in suis injurijs con-
fugiant, Ille verò Magistratui deferat et in minus bonum
maximè verò suburbanorum vindicet: Mulcta maiores
à Ciuibus in Ciuilibus causis, quam grossi duodecem a Sub-
urbanis verò maiores quam grossi sex, pro inobedientia
non accipiantur. Nihilominus satisfaciant Decretis om-
nibus. Criminales verò pœnæ pro publico bono cedant
idq; per Decreta. Magistratui Louen's, et viginti quatu-
or viris curæ erit, maximè in omnibus punctis Transactioni,

cui ex omni parte, in toto, omnes Cives acquiescerunt, satisfacere
bonum publicum prospiciendo, paci et tranquillitati Civitatis
honori et auctoritati officialium privatorum consulere. Cui con-
sensui mutuo inniteudo, panam mille marcarum super parte
qua predictis punctis non satisfecerit, decreverunt. Domini
Commissarij transactionem predictam, tanquam bono publico con-
sentaneam pro ratihabitione ad Sac. Regiam indicium, remise-
runt remittuntq; pntibus. Terminumq; in Judicio Sac. Regiæ
Regiæ in sex septimanis a Data pntium computan. assignaverunt
Adum quampiumum sua Sac. Regia Regiæ Varsaviæ redibit.
In quorum fidem presen. Dni Commissarij manibus subscripse-
runt, sigillis munierunt. Nicolaus Krosnowski mp. Jo-
annes Parnowski mp. Andrzej Komorowski mp. Gabriel Be-
recki mp. Nos itaq; Sigismundus III Rex supranominatus
supplicioni eorum benigne annuentes, prdinsertas tras in omni-
bus earum punctis clausulis articulis conditionibus obligamen-
tis, approbandas et confirmandas ee duximus, prout appro-
bamus et confirmamus pntibus, decernen. eas robur debitæ
firmitatis obtinere debere, in quantum iuri communi non repu-
gnant. In cuius rei fidem pntibus manu nra subscriptis
Sigillum Regni appendi fecimus. Datæ Varsaviæ die XX
Mensis Junij Anno Dni MDCXXX Regnorum Nostrorum Poloniæ
XXXXVI Sveciæ XXXVII Anno.

Sigismundus Rex Daniel Izycki

Venditio Monasterij Peresopnicensis nunc dicti ob
defectum Consensus Regij cassatur et annihilatur
Et Nicolao de Szarbiyrk eius collatio restituitur
et datur facultas instituendi Mansionarios in Civita
te Kiouiensi fundatos in eod. Monasterio Ruthenico.

v.D. Sigismundus III 2dus Significamus P. D. Legalis fin-
ctionis officium pertinere, semper duximus eorum potissimum
curam, et tuitionem habere, quæ ad propagandam Legis Legú
gloriam spectant. Nam inprimis laudem, cultumq; eius per
quem Legnant, Reges propagare debent, et cuius vices
in terris gerunt, dus ditendo Imperio terrena Dominatio
nis fastes ibi submittere, et sceptra sua, honori ipsius
consecrent gestaq; omnia deuoueant. Hinc et nos, qui Divi-
nam Mtem, à qua terrenum Regnum accepimus, et celeste
quantumuis immeriti speramus, quantum par sit, demereri
non possimus omnes tamen propagandæ gloriæ ipsius occasiones
quæ gratia cuiusdem est libenter amplectimur. Ad cuius
propagationem, cum plurimum seruiat piarum fundationum
vel à Serenissimis Predecessoribus Nris, Legibus Polo-
niæ, vel alijs Catholicis hominibus institutarum conser-
uatio, absq; vindicatio non potuimus decere et officio Re-
gio, et supplicationi Dñi Nicolai de Czartorisk viri
non minus pietate in Deum, quam fide in Nos, meritisq; in
Patriam spectatæ, quin vindicandum et ad veræ Religio-
nis restituendum Monasterium Peresopnicense Ordi-
nis Pred. vulgo Monaster Peresopnicki dictum, suscipere-
mus. Huius enim Monasterij collatio, cum à Serm̃is Auis
Nris Alexandro, et Sigismundo eius nominis primis Le-
gibus Poloniæ, perpetuo iure data fuisset Domui, et fa-
miliæ prædictæ Dñi Nicolai de Czartorisk, et maiores
ips in vsu, et possone eiusdem collationis fuissent nec
absq; Consensu Nro, aut Sermorum Successorum Nrorum no-
uas de memorato Monasterio dispositiones, aut alienas,

tiones facere eis licuisset cuiq; nihilominus Parens predi-
cti Znoši Czartoriski insciis, et inconsultis nobis nec con-
sensum præbentibus, prefatum Monasterium seu
Monaster Peresopnicki, Soroni sua germana Znoši Hele-
næ Hornostaiowa vendidisset et collationem eiusdem
Monasterij, in ipsam transfudisset: hæc verò idem Monas-
terium contra primæuam institutionem, et fundationem eius
Sermorum Prædecessorum Horum intentionem, Schismaticis
Monachis, vulgo Czernce Locis attribuisset; Nos animad-
uertentes eam dicti Monasterij vendicionem, alienationem
et in alium vsum conuersionem repugnare, et laudi, cultui
Diuino et Sermor. Maiorum Horum pia intentioni et
iuri Veri Regis dicto Znoši Nicolai de Czartorisk cui
ea vendicio Parens ips. præmi dicare non potuit; facien-
dum nobis ea duximus, vt prefatam dicti Monasterij, seu
Monaster Peresopnicki, vendicionem sine Consensu Nro
factam, ob defectum eiusdem Consensus Nri, abusumq; cas-
saremus, et annihilaremus: prout tenore hus Nris cassamus
et annihilamus et collationi prænominati Znoši Nicolai de
Czartorisk restituimus. Qui idem cum Nobis supplicasset
vt Monasterium prefatum seu Monaster pios Collegio Sa-
cerdotum Secularium vulgo Mansionary Dictorum quos
in Oppido suo hæreditario Klewan fundauit et institu-
it conuertatur, eidem etiam ips. supplicationi Vri iusta et
ad cultum Diuinum seruienti annuentes, et fundationem
Sermorum Predecessorum Horum, abusu obsoletam, et ni-
hil Schismatis Ritui contra intentionem illorum alte-
ratam, in meliorem vsum conuertentes, et meliorantes

prefatum Monasterium seu Monasterr Loreto opuckii
cum omnibus bonis aedificijs fundis et altinentijs pertinen-
ijsq; quibuscunq; dicto Missionarior Collegio in Opuckio
Alexan Lamus donamus, et incorporamus perpetuo et in duum;
ita vt iuxta ordinationem Ritu in Sro Pris Dni Epi
Luceorien vti Loci ordinarij, nunc et pro tempore existen-
tis, dicti Missionarij, et Monasterio, bonisq; ipsi vtan-
tur, vtifruantur, illisq; pleno iure et Dominio teneant,
habeant et possideant; perpetuo et in duum, non secus ac post
supramemoratam fundationem, Seimorum Maiorum Nro-
rum, illud adhuc vsq; tempora a sacerdotibus vel mona-
chis ritus Graeci tenebatur, habebatur, et possidebatur.
Hortamur autem, Rndum in Xro Prem Dnum Epum
Luceorien, nunc et pro tempore existentem, vt auctori-
tate sua ordinaria Episcopali, dicti Monasterij bona
iuribus Eccla Catholica Romana adscribat, prout
etiam nos pntibus his Nris, adscribimus, et incorpora-
mus et a iuris dictione saeculari eximimus; et hanc fun-
dationem Xram Ecclesiastica plane ratificet et debitu
ad effectum deducat, ac pro offij sui Pastoralis debito
attendat, ne zelus ea in parte noster optato fructu
fraudetur, quem non aliam quaerimus, quam cultus et
gloriae Divinae incrementum. Obstringi etiam inter alia
praememoratos Missionarios volumus, vt pro Nobis,
quamdiu in Coetus existimus, et Nobis defunctis, p Sere-
nissimis Successoribus Nris Regibus Poloniae, prima
Mensis cuiusuis Die Sacrosanctum Missae officium de
Sanctissima Trinitate, vtpote decantent, caeteris dis-

positioni, et ordinationi Ldi Dni Loci ordinarij com-
mittentes. In quorum omnium fidem pntes manu
Rrâ subscrâs Sigillo Regni communiri iussimus. Datâ
Varsauiæ die xx Mensis Junij Anno Dni MD
xxx Regnor Rm Rrm Poloniæ xxxxiii Sueciæ xxxix.
Sigismundus Rex

Tribunatus Liuensis morte Dni Gurski
vacans Generoso Joanni Ld:
Zabki confertur &c.

Sigismundus III. &c. Scamus &c. Quod cum Dnus Joannes Zabicki v.p.
præclarâ et vetustâ in hoc amplissimo Regno nro familiâ or:
tus, egregia virtutis ac integritatis, in omni actione ediderit
specimina, nobisq; fidem, probitatem, dexteritatem, ac benè-
vendi studium, abunde probaverit, tum quod singularibus meritis
Dni Petri Zabicki, Castellani Liuen, patrui ipsi propensè fa-
ueamus: faciendum nobis ee duximus, vt Dntm de illius ornat
offerendi occasionem, libenter complecteremur: Qua propter vacan
Tribunatu Liuen morte Dni Gurski, illi ipsi hoc idem Tri-
buni munus, damus et conferimus pntibus bris nris, per eum cum om-
nibus prærogatiuis, emolumentis, ad hoc munus ex antiquo Spectan
ad extrema vitæ suæ tempora, vel ad maioris Offij seu dignitatis
assequendam gerend et obtinen. Quod omnibus quorum interest, pntium
Cos

Dignitarijs et Officialibus cunctisq; Ciuitati Terre Liuen, ad nostrum dedu-
cendum mandamus, vt prænominatum Dnum Joannem Zabiecki, pro Cere et
tmo Tribuno Liuen, habeant et agnoscant, ipsiq; de loco, quentibus,
prærogatiuis omnibus, quæ ad eius Offm pertinent, indeant, et ab
alijs, quorum interest responderi curent. Pro gra nra. In cuius
rei fidem præsentes manu nrâ subscripsimus Sigillo Regni communiri
iussimus Datæ Varsauiæ die X^a X^a. Mensis Junij Anno Dni
MDCXXXX^o. Regnorum nrorum Poloæ XXXXIII^o Sueciæ
vero XXXVII^o anno.

Sigismundus Rex

Daniel Jzyçki

Domus Lapidea Famati Francisci Orlandi
Ciuis Varsauien nouiter extructa ab onere ex-
cipiendorum hospitum ad duodecim annorum
decursum esse legitimi immediate, eximitur.

Sigismundus &c. Scamus &c. Quod cum famatus, Franciscus Or-
vp. landi, Ciuis Varsauien, ob angustias Domus suæ, reiq; familia-
ris, in ea bene administrandæ, impedimenta, in animum induxis-
set, lapideam, quam habet in platea Ciuitat nræ antiquæ Varso-
ad portam versus nostram Ciuitatem, inter lapideas famati Andreæ
Kluczuik et Liszowa, Ciuium et Incolarum Varsau
sitæ, de nouo erigere, et ampliore Structura et ædificijs di-
latare. Supplicasseq; nobis, vt eiusmodi impensarum illius
benignam

benignam rationem habentes, eam ipsi lapideam, nouiter per eã
erigendam, ab onere excipiendorum hospitum, liberam et immunẽ
conseruaremus. Nos Supplicationi eius benigne annuentes, faciẽ
nobis ee duximus, vt ipsam lapideam, vbi eam erexerint, ab
excipiendis hospitibus, liberam et immunem pronunciaremus et
declararemus, prout quidem declarãmus et pronũciamus præ:
sentibus literis, ad spatium duodecim annorum immediate sese
sequen, à data præsentium computan. Ita tã vt pro singulis Comi:
tijs Regni Iuribus, ea lapidea istius pars, quæ ad præsens
hospites concernit, et eam occupant, hospitibus sit libera, et exten:
at eam non ex ligno sed ex muro, pulchre et decenter. Quod ceteris
quorum interest, præsertim Mgcis Marschalcis, et Capneo nris
Varsavien, nunc et pro tempore existentibus, nec non Magistratui
Varsavien, ad nostram deducendã mandamus, vt in ea libertate, à nobis
bis concessa, præfatum Franciscum Orlandi, lapideamq; illius
præsentium conseruent, et ab alijs conseruari curent. Pro gra
nostra. In cuius rei fidem Datum Varsauiæ die xxx. Mensis Junij
Anno eodem quo Sacræ Regnorum itidẽ qo Sup.
Sigismundus Rex. Ives Lipski.

Communicatio literis Super Villam Tuczno in Ca:
stro Marienburgen. per Magcos. Samuel Konarski Ca:
stris Marienburgen. et Isabellã Laskow
ska.

Ex. Sigismundus III. &c. Scamus &c. Itanos, Magci Samue-
lis Konarski, Paltni Mariebergen præclara in nos Remg=
pubcam merita deuincimur, vt Offeren se quauis occone, libent
ipsi, singularis nra in eum propensionis argumenta, declaremus,
auisargg illius proxo in Prussia bello rones, munificentia et be:
nignitate nra Regia subleuemus. Quare non grauatim petitio:
ni eius dan ideseduximus, vt in aduitalitium, quod coniugi
sue Mgca Izabelle a Karnkow Karnkowska, Super illam
Tuczno, in Capreatu Iuniuladislau sitt, competit, ipsi quog Ma.
gnifico Patno Mariaburgen, communicaremus et concede:
remus: vti quidem communicamus et concedimus hisce lris nris;
ita vt fati ambo coniuges, vel eno defuncto, alter eorum sup:
stes, memoratam Villam Tuczno, cum omnibus agris, pratis,
fundis, possessionibus, lacubus, stagnis, molendinis, syluis, subdit, colonis,
oribus, fructibus, prouentibus, commodis, emolument, attineng et per:
tinen gmbcnris, eo antiquitus spectan, nullis plane exceptis, te:
neant, habeant, et possideant, ad extrema vita sua vel alterius
eorum tmpra. Promittimusq pro nobis et Sermis Suis &b. mis
Polonie Regibus, non esse nos dictos coniuges, vita ipsorum
durante, ab ortu et possione sup fera Villa Tuczno, amotur, nouis=
mg amouen ptm faturos, sed potius saluum et inuiolat ius
aduitalitium strig eorum in solidum Gstaturos. Rone cuius
aduitalitat, si bona fata Summis antiquis sunt onerata, eam

Summa

summa partem, quæ ex præd.to legum remittenda veneriut, nobis et
Reipub.e remittere et condonare tenebuntur. Si vero à Summis sunt
libera. Quartam proventuum partem Ræam quotannis infe:
rent. Juribus nris Regalibus Reipub.e Calag Cathcæ Salvis
ibidem manen. In cuius rei fidem præs.tes fieri Datum Varsaviæ
die XX.a Mensis Junij Anno D.ni Sup.a.

Albertus Radzidłowski.

Oblata certa inscriptionis Stibri Mart:
no Grabianka super villam Klimonty.

Sigismundus III.us Scamus III.us Oblatas ex ad Acta Cancellariæ v. v.
viæ maioris, per manus Jnsi Bartholomæi Grabionka, Secretarij
nri Regis infrascripta papireas, sanas, salvas, illesas, omnig nota
suspois carent. Supplicat ig nobis vt eas, in Acta Cancellariæ nræ da:
ri, atg easdem extradi mandare dignaremur. Quarum tenor
sequitur estg talis In nomine Dni amen. Ad perpetuam rei
memoriam. Cunctorum gestorum perit memoria, nisi humana con:
dicio consuevisset, ipsa rerum apicibus, Sigillorum munimenti,
et testium annotationi perdennare. Proinde ego Stanisla:
us Zbycki de Curow, Curiæ huius ordinarius Capnen, Significo
tenore præsentium, quibus expedit universis, præsbus et futuris

harum nottam habituris. Quomodo comparens personaliter coram Off:
ficio nro, Nlis Dni Stanislaus Piotrowski, Mexius Rzeczyński,
Martinus Lisowski, Andreas Waglinski et Margaretha Fischo:
wska, olim relicta Dni Petri Fischowski, non compulsi nec coacti,
nec aliquo dolo error seducti, sani mente et corpore exortes, a=
miorum suorum salubri freti consilio, et matura deliberone habi=
ta, vxorum suarum Utmarum, cum nobis, quarum nomina hic
volo habere pro expressis, et pro quibus plenarie Nles, ipsarum Utmi na=
ti, potibus fideiusserunt et fideiubent, prout et ipsa Dna
Margaretha Fischowska, pro pueris suis fideiubsit, omnes ma=
nu coniuncta et mdiuisa palam recognouerunt. Quia omnia
ipsorum bona Fria, iacentia in Villa eorum Cmantowice, post
mortem olim Nlis Joannis Grabianka, et vxorem eius Dnae olim
Catherinam, super eosdem iure Iuniorio et Utmo deuoluta, lareis
ipsorum prædialibus et Cmetonalibus, contigua et vicina, hoc
est duos lareos, cum omni iure proprietate et Dominio, agris,
pratis, campis, Saijs, piscinis, molendinis, ereditis aut erigen=
dis, et quibuscuis pertinen et spectantijs, ad eosdem antiquitus per=
tinen, nullis penitus exceptis, nihil in eisdem bonis ibidem
penitus relinquen, et cum pte dan vendend, alienand, et in Vtos
propios convertend Nli Dno Martino Fabianka, et eius
Utmis Successoribus, de Ofata Villa Cmantowice, pro Quadragin=
ta marcis pecunie, minus duobus marcis parati, vendide=
runt, et resignauerunt, vendunt et resignant tenore Cpti=
um

medi an

mediañ, mutuo ipsorum consensu ad id acceden, quem sibi tenore
prntiam mediañ prabac, alias inx continentiam Capitalis Privilegii
Sigismundus III.s Rex Scamus &c. Declarasse nos, dareq pntibus hris nris facultatem seu Consensum nrum, Dñis Nicolao Bylinski, nec non Catherinæ Rumocka, coniugibus, vt possint et valeant, de omni et integro iure adiutalatis, quod ipsi Super Adiocam in Oppido nro Cechanow consistentem, habuit, et competit, Nri Joanni Baille Cubi: culario nro cedere, illudq in personam ips transferre, et transfun: dere. Qua quidem cessio diriscq transfusio, postea quam coram Actis, quibuscunq Regni modo authorisata et recognita fuerit, eam nos ratam et gratam habituri sumus, vti qua prd cedendo hoc nro Consensu seruageture. Cuiusq rigore, ac finitis Presentibus mi prænominatus Cubicularius nr, memoratam Adiocatiam Cechanoviensem, cum omnibus agris, pratis, campis, Sylvis, Lacubus, stagnis

Ea.

piscinis, molendinis tabernis, subditis, eorumq; censibus, et labori-
bus, alijsq; quib attinentijs, et pertinen omnibus, ad eandem Abusca:
riam antiquitus spectan, tenebit, habebit, et possidebit, ad extrema vi:
te nre tempora. Promittimusq; pro nobis et Hermis Successoribus nris, nos
esse nos memoratum Nlem Joannem Barke, Cubicu lariu m nrum, ab
om, et pacifice possre predicta Advocatia amoturos, aut alienatur,
amoven aut alienan cuipiam p̃tm daturos, quin imo salvum et inte:
grum ius adsitale, prestituros, idemq; Hermi Successores nri prestabunt.
Post decessum vero ips, non prius Successores ips de prdicta Advocad
edere tenebuntur, quam Summa in his Originalibus expressa, vel
ex taxa Commissariorum nrorum tunc proveniens, ipsis numerata et
persoluta fuerit. In cuius rei &c.
Datum Varsauie die xix Mensis Maj Anno Dñi MDc:
xxxi Regnorum nrorum Pol. xlv. Sueciæ xxxviii aro.

Sigismundus Rex. Ioes Lipsky.

Castellanatus Premetensis morte Ino
Jacobi Rozdrazewski Inosq; Marci.
no Zegocki Judici Terrestri Wschowen confertur.

Sigismundus III. Scamus &c. Cum inter cetera, quorum adminiculo
salus et ornamentum Reipub. huius continetur, illud ceteris maxime
præcipuum sit, ut administroni illius, viros, non modo vetusto mais:
rum suorum splendore, dignitate per longam temporis seriem, no:
bilitate insignes, verum etiam propriis virtutibus, veramq; præ:
clare gestarum gloriæ conspicuos, atq; de nobis Reipublicæ
gravissimis

grauissimis illius functionibus, optimè meritos amplectamur, in primis.
id nobis curæ semper fuisse, quo exacto eiusmodi virorum delectu, Rei-
pub. huius, diuinitus nobis commisse, iustâ ratio habeatur: Quem qui-
dem personarum delectum, et si in omnibus Regni nri ordinibus, atq;
dignitatibus demandat, graui et naturâ deliberone, hactenus adhibu.
imus, singulari in rone, in ijs Reip. præeminentijs, in quibus et Ptis
ma Regia splendor, et amplissima Senatoriæ functionis dignitas
versatur; in his enim æque ac ad retinendam Reipub. domi tran-
quillitatem, vel ad amplificandam apud exteros nominis gloriam, vel
ad conseruandam, pace, bello, ma ac Regalia dignitatis, Deus maius
momentum afferre posse censemus, quam quæsitam longo rerum usu
prudentiam parem, et in obeundis grauissimis quibusuis functionibus
exercitam, diutius dexteritatem, spectatum in quouis actionum gene-
re animi candorem, et integritatem, auitâ gentilitiâq; familiæ dece-
ra, eminentes deniq; eorum virtutes, in quibus vclut certis salutis, atq;
olumnis, salus, tranquillitas, decus, atq; gloria Reipub. innititur. Qua-
re vocari adhortatus Castellanatus Cracouien, more nostri Iacobi Rostra-
rowsky, id vel potissimum in consilio rei deliberone habuimus, vt ip-
sorum, personam Senatoriæ huic dignitati, idoneam sufficeremus et sur-
rogaremus. In qua deliberone occurrit nobis, præclara virtus, illustre
ingenium, singularis dexteritas, constans in nos et Rmp. fides, mul-
tiplexq; Ioannis Martini Zegockij Iudicis Trib. Stolouien merita,
qui cum nobilissima in Regno nro editus esset familia, quæ continuo
temporis decursu, salutares et integerrimos Reipub. ciues, fortissimosq;
belli temporibus tulit viros, ita ab ineunte ætate, in animum sibi hu-
manus, solidamq; virtutem induxit, vt singularibus suis in nos et Rmp.

merits

[illegible] imitatione, maiores suos exprimeret, et vbiq; integerrimum
patriq; amatissimum Patrem, æquitatis vindicem, strenuum libertatis le-
gumq; publicarum assertorem se exhiberet. Obiit enim, vt præteream eâq;
pace pro nobis et Reipub.ª non minus dextrè, quàm præclarè gesit, quæ ipsi
immortalem nominis peperierant gl̃m, turbulentissimis in ipsis belli Pru:
Bellici initijs Conventus Inclitis Bonarij celebrati, tempore inter Nuntios
Tres Marschalci Off.m ea vigilantia, dexteritate et industria, vt non
minus res inter armorum strepitum constitutas, quàm alta pace et otio
florentes, è nrâ et Reipub.ª dignitate tractari, et componi posse, palàm
declararet; topus idem Nuntij Terris munus pro eo vti, vti gravis-
simo in Rpca deliberationes requirebant, in Tribus Regni Comitijs
gloriosè exercuit. In supremo Tribus Tribunalis Regni Subsellio
dum Iudicis delecti, munere fungeretur, iustitiæ adprimè coluit, cog-
noui, quantum ueteris patriæ, legumq; publicarum peritiâ poleret, topius
abunde testatum reddidit, delegatas ei Iudicis publicis commissiones,
ad soluenda in auctorato militi stipendia, vta Landshutæ obiuit, vt
eos militem, seditionis contra agitantem, ad Off.m reduceret, eos
stipendia plus æquo flagitantem, ad æquitatem, rara ingenij sui
solertiâ pertraheret, talemq; quoties Reipub.ª visum fuit, exhiberet, vt
esse gereret, vt depositis priuatis commodis, bonum publ.m, eius. q; ua
par fuit, fide, integritate, atq; animi candore promoueret, nraq;
dignitatis rationem pariter, cum Reipub.ª commodo conjunctam semp
haberet. Itaq; Castellanatum Premeten eo modo gerentem,
vt ampliorem nobis et Reipub.ª inseruiendi haberet campum
ipsi demandari conferendum esse duximus, prout quidem demã-
damus, et conferimus finitibus his nris, cum omnibus prouentibus

Iuribus

iuribus, obuentionibus, ad hanc dignitatem ex antiquo spectant, ad extrema vitæ ingra, vel maioris dignitatis assecutionem, teneñ et obeundi. Quod ad omnium notñ, quorum interest, præsertim verò Dignitariorum, Officialium, ac Vniuersa Nitel Pallus Lozraniensis deducen mandamus, Et præfatum Insum Martinum Zegocki, pro verò et tñe Castellano Præmissi habeant et agnoscant, eiq de loco et omnibus prerogatiuis ad hanc Castellanatus dignitatem, de iure et consuetudine spectañ sle: spondeant, et ab alijs quorum interest, responderi curent. In cuius rei fidem Ro manñ - Datum Varsauiæ die xxi. Mensis Maij Anno Dñi MDCxxxi Regnorum nrorum Polo xxiv. Sueciæ verò xxxvii Anno.

Sigismundus Rex. Lucas Drozinski.

Villa Latczyno in Dstu Lomzen. sitt ad dispom Regiam post mort Insi Alberti Przd. czkowski devoluta Insso Joanni Szomow: ski Secretario S. R. M. datur.

Sigismundus &c. Scamus &c. Ea ce Insi Joannis Szomowski Secrij Rz. nri, erga nos et Rnpb. merita, ita prompta sedulaq in tractan nris et Thesauri nri negotijs, curam et solicitudinem, vt non possit, nisi grata nobis esse ea oia, qua gram atq beneficentiam nram Regiam, ipsi declarare possimus. Qua propter vacantem ad pns, Villam Latczyno in Dstu Lomzen sitt. et ad nos dispositionem nram Regiam, post mortem Insi olim Alberti Przeczkowski Vicecomitis Lomzen. devo: luta, ipsi Joanni et conjugi eius deximus, donec damus et conferimus pntibus his nris. Ita vt memoratus Joannes Szomowski, hæ: redes nri, camsillam Latczyno, cum oibus suis, colonis, agris,

prat̃is, campis, sylu̇is, prædio, Adaocad, molendino, taberna, pt:
tinenq; et pertinentijs suis, antiquitus eo spectan, teneat, habeat, et
possideat, ad extrema vite sue tempora. Promittẽs pnobi et hered:
nris suo rabus nris, non eẽ nos Hermoq; Successores nros, q̃d hered:
tarium nrum, ab ꝓd dicta Villa amoturos, sed saluum iuris adnitale
conseruaturos, quod et Hermi Successores nri facturi sunt. In cuius
cuius Adnitalitatis q̃ antiquam Prouentuum partem Ranam
quot annis inferre tenebitur. Iuribus nris Regalibus S̃a. In
cuius rei testem ꝓs. Datum Varsauiæ die xxi. Mensis Maij
Anno Dñi. M.D.xxxii. Regnorum nrorum ꝓs.

Sigismundus Rex.

Joes Lipski Cancellarius.

Concessio Nundinar Oppidi Brzesko

Sigismundus ꝓs. Scamus ꝓs. Quia nos pro nostra clemẽa consule:
re volentes, commodis utilitatiq; Oppidi Brzesko ad interessum cer:
torum Oppidanorum nrorum, præter solitos annuos mercatus, seu nun:
dinas, ꝓpriis à nris. Antecessoribus benigne concessas, binas adhuc adij:
ciendas duximus, utiquidem adjecimus, et superaddimus ꝓtinus
ꝓsentibus nris, vnas nimirum ꝓximo festo S. Adalberti Pontificis, Se:
cundas pro Dnica infra Octauas Corporis Christi, singulis ꝓsternis
annis in dicto Oppido Brzesko, celebrãs et sequentandas, citra
tñ ꝓtiudicium aliarum Ciuitatum, et Oppidorum in quibus exer:
cen. Ad quas quidem nundinas et mercatus omnes undecunq;
homines venient, vendẽ, emẽ, res pro rebus, merces pro mercibus
permutan, aliasq; quascunq; negotiationes exercẽ ibid, tam in eundo
quã redeundo, omni securitate ac libertate potientur, nisi forte
tales

tales sint, quos iurâ fouere non permittant, quibusq; probrum [illegible]
consortium merito esset deregandum censa nuper à Contributione fo-
ralium, quibus competit, iuxta antiquam consuetudinem Salvo. In cuius &c.
Datum Varsauiæ die xxiii^a Mensis Maij Anno Dñi M.D.cxxxi
Regnorum nrorum Poloniæ xliv^o Sueciæ vero xxxviii^o anno.
Sigismundus Rex. Jac. Max. Fridrg.

Conseruatio super tertia mensura in Villa Doroszow in Capitu Premyslien Honestorum Wa lum et Henricum Molendinatorum

Sigismundus &c. Scamus &c. Conseruare nos conseruareq; primitus his v.g.
viis, Honestos Wahlum, Hrÿcum Molendinator, circa molendinum suæ eig
tertiam mensuram, in Villa nrâ Doroszow, Capreatus Premyslien, q̃d
parens ipsorum tenebat et possidebat. Vigore cuius conseruatois nrâ, q̃ fat
molendinum, siue eius tertiam mensuram, ÿdem molendinatores cum la:
neo agri, antiquitus ad dictum molendinum spectan, agriq; prati, cam:
pis, tenebunt, habebunt, et possidebunt, ad extrema vitæ sua tempo:
Promittimus verò nos et Nostros Successores nros, eosdem mo:
lendinatores, ab om et pacifica possessione eiusdem molendini non
amoturos, sed salvum eis dominium ipsis conseruaturos Post
decessum verò ipsorum, non prius, prædictum molendinum ad nos
redibit, quam Summa in literis Originalibus expressa, vel
ex taxa Commissariorum proueniens, Successoribus ipsorum
integrè fuerit persoluta. Iuribus nostris Regalibus &c.
In cuius rei fidem &c. Datum Varsauiæ die xxiv^a Mer:
tis Maij Anno Dñi M.D.cxxxi Regnorum nrorum Polo
xxxxiv^o Sueciæ vero xxxviii^o anno.
Sigismundus Rex. Jac. Sadora.

Pensio quingentorum florenor. morte Insl. Gustavi Spare Inso Vilhelmo Apelman capreo Peditatus Pernanici Rtis.

Sigismundus IIda Dei Gra. Quia nos grato pensantes animo, militari servitia Insi Vilhelmi Apelman, capnei Veterani Peditatus nri Pernanici, qua nobis et Reipub. ab annis plurimis, in Moscouitico, Liuonico, Valachico, et proxime preteriti Prussico bellis, summa fide, studio, et perseuerantia prestitit, et hue usq; prestat, libertatis pro ac munificentia nra significare prosequi ipsum cupientes, eidem Pensionem Quingentorum florenorum polonicalium, morte Insi olim Gustavi Spare Colonelli nri vacan, ex Prouentibus Pertorij nri Pernanen, danda assignandæ esse duximus, vtiquidem pntibus damus et assignamus. singulis annis, pro festo S. Joannis Baptiæ venan et persuiend, ad extrema vita sua tmpra. Quo vero maior gratia ac benemerentia nra ppi constet, pensionem prefatam, conjugi quoq; ips Apelman à Barsek cõmunicamus, et venan, ea cum marito, vel si ipm non contigerit, illi superstiti ad vita sua tmpra concedimus. Ea tñ conditione, si post obitum pntis mariti, ad secunda vota non transierit, alioquin hanc gra nra concessionem amissura est. Quod ad notitiam omnium, qua interest, pertinebit. Mandamus, et Prefectorum Pertorij Cuiat mq Je: danen: deducen mandamus, vt pradictam pensionem, memorato Apelman, conjugi ips tempore stato integre persoluant, persoluiq; faciant. Quod nos in rationibus suscepturi sumus. In cuius rei fidem M.a. Datum Varsauiæ die xxv. Mensis Maij Anno Dñi MDc xxxi Regnorum nrorum [illegible]

Sigismundus Rex.

Andr. Kowalinsky.

Consensus ad eximendum Aduocatia in Villa Dąbrowa Nobili Mathæo Dolarski Marschalcatus Notario datus.

Sigismundus III.tia Scamus 24.ta Oblatas ēe ad Acta Cancellra mā maioris Crās inserras. Supplicatumq3 nobis Ut eas ad eand Acta Sua= vitatē ingrossari mandare dignaremur. Quarum Crarum tenor talis est. Sigismundus 3.tia Scamus 4.ta. Consentire nos consentireq3 Gratibus literis nris, Nli Mathæo Dolarski, Officij Marschalcatus Notarie, Ut pos= sit et valeat Aduocam seu Scultetiam, in Villa nrā Dąbrowa, Tenuta Lob: lovien, exente, de manibus moderatorum, quorumuis nullo unquā tempore Ut= tā uirtutis quā eximere et eliberare, quam quidem Scultetiam sic eximendā et eliberatam, cum omnibus eius fundis, agris, pratis, sylvis, pascuis stagnis, campis, alijsq3 attinentijs et pertinentijs, generaliter omnib. ad dicem Aduocam seu Scultetiam antiquitus spectan, tenebit, habe. bit, et possidebit, ad extrema vita sua tempa. Promittimus vero Q. nobis et Sermis Successoribus, non esse nos Edictum Dolarski, a Nobis et possessa Aduocatia amouturos aut alienaturos, quinimo Salvum et integrum eis Aduocatiam eidem conservaturos, q3 Ser.mis Successoribus nris sibi sibi habuerit. Post mortem vero ips, non prius dicta Aduocatia ad nos et successores nros redibit, donec prius Summa in his Originalibus expressa, vel ex tanta summarum nostrum Crā proveniens, huiusmodi ips numerata et persoluta fuerit. Suc= cessoribus nris Legatibus Reipub.ce. In cuius rei Testimonium Da: Cracouiæ die XXVII.a Mensis Maij Anno Dni MD: CXXX Regnorum nrorum Polon XLIII Sueciæ vero XXVII.o Anno. Sigismundus Rex Lucas Drohoiewski Qui Supplicationi nostre benigne annuendū Crās provisorias, ad Acta

Cancellaria mea susepi, atq; eisdem ingrossari mandaui. In cuius rei fidem presentibus Sigillum Regni est impressum Datum Varsauiæ die xxvii Mensis Maij Anno Dni Millesimo Sexcentesimo xxxvi° Regnorum vero nostrorum Poloniæ xxxxiv° Sueciæ vero xxxvii° Anno.

Relatis Rdo in Xto Patre Dno Dno Jacobo Zadzik Epo Culmen et Dno Regni Pol. Dno Cancellario.

Confirmatio Immunitatum Iurium & Priuilegiorum Ciuitati Lesnensi & Concessorij Linificij Depositorij

Sigismundus III. Rex Scamus Xtus. Non postremam partem publicæ Regni felicitatis, florentia Statu Vrbium ac ciuitatum contineri, cum enim ea sint vrbe commodis et ornamentis comparan, emporia fecunditatis præsidia, charissimarum rerum depositoria tranquillitatis propugnacula; factum est, vt toto hoc auspicatissimi Sanctissimi Patris nostri tempore, id Deo curauerimus, vt Ciuitatum tam nri Regij quam etiam Hæreditarij iuris, libertates ac prærogatiuæ, ab omnibus Magistratibus non solum conseruarentur, verum etiam clementia nra Regia gratia augerentur. Vnde nihil unquam de gie a nobis obtinere fas ramus, quidquid ad Ciuitatem frequentiam, in Vrbes et Ciuitates conuocandam, ad regiminis ordinem, tranquillitatem asserendam, quietis retinendæ, denig ad commoditatem et ciuilitatem promouendarum rationes facere videretur. Deinde cum nobis Magnus Raphael Comes de Lesno Palatinus Belzen, vir et ge-

nero

neris amplitudine, et virtutis, ac meritorum sui, maiorumq; suor erga nos
et Regn. Domumq; nram Regiam, studijq; commendare nobis clarissimas
exposuisset, tum et maiorum suorum, antiqua postonis municipium Le:
Szno nuncupat, exacti ordinis observans, civilis humanitat, ex Slavo:
rojs cultoribus in Leszno civitatem derivatum, incolarum frequentia
et opulentia, edificiorum nitore, loci ac commerciorum opportunitate ita
auctum esse, vt non immerito, alijs quoq; maioris nota civitatibus Regnj:
sui annumerari possit, a nobisq; petiisset, vt in dictam civitatem, nra quoq; be:
nevolentia Regia extarent monimenta, facile assensi sumus, cum
ipsius Magi Palatini gratia et auctoritate, tum etiam nro sano:
re et inclinatione adducti, nempe vt non grauatim ea concederemus,
quæ publicæ felicitati civitatum serviant, civibus eo monimentum
edere volentes hac nra Diplomate, immunitates, iura, et Privilegia,
quæ ad Politicum et civile Regimen, cujus fundis Jurisdictionis, et
commerciorum ac Emporiorum, tam a nobis, Divisq; Predecessoribus
nris obtent, quam etiam a maioribus dicti Municipij, sive civitat,
directis Dnis et Fundatoribus hæreditarijs, ac modernis etiam postore
concessa, approbamus, ratificamus, et perpetuæ firmitat robur obtine:
re debere declaramus. Item Contuberniorum, Officiorum, et Artifi:
cum Collegia, eorumq; Ordinationes, consuetudines, eidem quo hactenus
dictum est modo, videl, quoad Politicum et civile regimen itidem appro:
bamus et confirmamus, atq; aliarum civitatum Contubernij Collegijs
ac earum consuetudinibus eas quatenus esse volumus, quatenus iuris ra:
tiones permittunt. Et postquam nostra benevolentia nra Le:
gia, tam in dictum Magnificum Palatinum, quam etiam
subditos eius, cives Leznenses, extent argumenta, concedi:
mus, eidem civitati, et civibus ibidem Domicilia habentibus, et quandoquidem vini, carnibus, aborumq; venificio

nerubus, nullibi in maiori Polonia, certum depositorium est assignat',
ita ut extra Regnum eiusmodi merces, utilitatum et commodorum publi-
corum detrimento, exebi oportest. Ideo ad instar aliorum Emporiorum à nob.
aut maioribus nris, aliis quoq; Ciuitatibus concessor, eidem Ciuitati hinc, an:
nabis, tela, tam exebend, quam in Regnum nram inuehen, in dicta
Ciuitate depositorium assignamus, ita ut cuilibet, tam extrà Regnum
telas, linum, cannabim exebenti, quam int' Regnum inuehen' licest, sine
cuiusuis impedimento, in dicto Depositorio Lezzensi, vel deponere, vel
ex eodem exebere, Saluis iuribus Ciuitatum, quibus ex antiquo Empo:
ria et Depositoria sunt concessa. Damus etiam' eidem Ciuitati, ac ciuibus
omnibus ibidem in colentibus, eas immunitates ac libertates, quibus
etiam Ciuitates ac Oppida, recens fundata, gaudere solent, nempe ut
ab nulla Belonea à mercibus, tam terrâ, quam aquâ, tam per Re:
gnum quàm Mag. Ducat. Lith. latis, deuehendis, aut a bobus
agendis, exhio cirrigi, tam in bonis nris Regalibus, qm̃ Ecclais, ac Ec:
clesiasticis nre districti, sub pœnis contra Belonei iniuos exactor.
statut', exceptis Beloneis nris limitaneis, qui nobis pendere te:
nebuntur, hac tñ exceptione. In reliquis autem eosdem, aliis Ci-
uitatibus similibus libertatibus gaudentibus, exequamus, pariq;
et exequabis pronunciamus. In cuius rei fidem presentes ma:
nu nra subscriptas Sigilli Regni communiri mandmus. Datum
Cracouiæ die xxxi. Mensis Maij, Anno Dñi M.D.
cxxxi. Regnorum nostrorum Poloniæ xxxxiv.
Suecie vero xxxviii. Anno.

Sigismundus Rex.

Petrus Zerouky.

Villa Laski in Terra Leopolien sita Horte Dnor Joannis Dobraiesk Gladifen Bard: clavien Dnoe Michaeli Kerzynski conferta.

Sigismundus III. Dei Scanus &c. Quod cum Dnosus Michael Ko- v.G.
szynski, Capisce nr primum quidem antecatta totum aetatis sua
tempus continuis et diligentibus. Aule nre obsequiis impendisset
militiisq expeditionibus bellicis Livonicis Valachicis ac Moschoui-
cis tum praecipue funesto illo Ciuili bello militarem operam
et singularem fidem nobis probasset, et nobis ipsis intuentibus
in primo conflictu praeclaram Virtutis bellicae gloriam adeptus
esset, eandem dignam esse dudum censuimus, dii grā et muni-
ficentiae nrae Regiae argumenta exhibere debeamus. Quo
propter cum id ipsi quauis occone testari voluerimus, ita et in
pratia quoq faciendum esse duximus, ut eidem Villam nram
Laski in Terra Leopolien. sitam, morte Dnosi Joannis Dobro-
aiesk Gladifen Beacensien. vacantem daremus et confere-
mus. Id quidem damus et conferimus pertibus bis nris, ita ut
eandem Villam, cum suis finibus, agris, pratis, lacubus, stagnis,
Molendinis, locis, Sylvis, Subditis, Taberais attinen &
pertinen, quouis modo eo spectan teneat, habeat, et possideat
ad extrema Vitae sue tempora. Promittimus autem pro nobis
et Sermis Successoribus nris, non ee nos, pnatum Dnosum
Michaelem

Michaelem Moszynski ab Vsu et possione dicte Villa Laski Vr-
quam amouendi aliquam plenam facultatem Facturos. Jcō. saluum
et integrum ius Auitale ipsi conseruaturos. Cone cuius. Ad-
uicalitis, Quartam partem prouentuum ex bonis ejsdm prou-
rientem, Quam quotannis inferet. Juribus nris Regalibus
Regie Eccle Catholice saluis. In cuius rei fidem pntes
manu nra subscras Sigillo Regni communiri iussimus. Dat
Varsauie die xxvi Mensis Maij Anno Dni. MDC
xxxi. Regnorum nrorum Polonie xxxxiv Sueciae
vero xxxviii Anno.

Sigismundus Rex Daniel Izyczki.

Consensus ad cedē Egroso Samuelis Par
gowski de Villa Dlugoleka dicta in Palatu Ra-
uen Dicta Postinen in personam Egrosi Christophori
Lode Succamerarij Despatenis dabes.

Sigismundus &c. Scamus &c. Concessisc nos, consentireq
pentibus Fidis nris Egroso Samuelis Pargowski Secretariis
Egro ut possit et Valeat de omni ac integro iure suo quod
ipsi super Villam Dlugoleka dictam, in Palatu Ra-
uen, et Capreatu Postinen, Sibi competit, cedere illudq
in personam Egrosi Christophori Lode Succamerarij Despated
transfundere; qua quid cessio, Jurisq transfusio, postea
quam coram quibuscunq Regni suis sentiris Fidis facta
recognitaq

recognitaq fuerit, nos eam ratam gratamq habebimus, uti tacitam
quā prādente consensu nro peragetus. Vigore cuius cessionis
pentisq Consensus nri, memoratus Succameraxias Derpatens
Castam Villam Shygolejka, cum orbus et singulis Adiacentijs,
Colonijs, fundis, Subditis, eorumq censibus et laboribus pi:
scinis, boris, Sylvis, Cacubus, omnibusq et singulis fructibus
utilitatibus, emolumentis, attinentijsq Vniuersis et singulis ui:
bil pro quopiam exceptis, tenebit, habebit et possidebit ad
extrema Vitā suā tempora. Promittens pro nobis et Sere:
mis Successoribus nris, non esse nos dictum Succameriam
Derpatens durante Vitā ips ab usu et possone Castā Villæ
amoturos aut alienaturos. Quod etiam Sermi Successes nri
facient. Renq quorum bonorum si ea summis antiquis o:
nerata sunt eam summā partem quā de iure remittere Ve:
nerit; Nobis et Reipub. remittere, si uero non quartam
prouentuum partem Ranam quotannis inferre tenebitur
In cuius rei Fēm Datū Varsauiā die XXVIIIo Men:
sis Maij Anno Dni MDCXXXI. Regnorum Nrorum
Consensus ad cedendū Nobili Valentino
Swiderski de portulargia Aris Cracouiensis
in personam Nobis Comitis Kiecieski Datus

Sigismundus Rex Fēm Nos Fēm Consensisse nos uosentiręq v:p.

pentibus Cris mis, Nobili Valentino Swyderski ut possit et Valeat, de
bonis et integro iure suo, quod sibi super portulanatum. Arcis Cra-
coviens, Secuit Nobili Joanni Niewiecki cedere, et in personam
ipsius transfundere. Quæ quidem cessio, iuxtaq; transfusio
postea quam coram Nris quibuscunq; authentiis Regni facta
et recognita fuerit; Nos eam ratam habebimus Vigore carus,
ac pertis consensus nri, Præfatus Niewiecki dictum Por-
tulanatum, cum oibus ips prouentibus emolumentis, attinen.
Ejs ac pertinen, prout memoratus Valentinus Swyderski,
tenuit, habuit, et possedit, tenebit, habebit et possidebit, ad
extrema vitæ suæ tempora. Promittimusq; pro nobis et
Sermis Successoribus nris, non esse nos, eundem Joannem
Niewiezki à dicto Portulanatu amotaros, aut amovendi fa-
cultatem aliquam daturos, sed salvum et integrum eius
Romitalitium ipsi observaturos. In cuius rei Fidem Ps. Datt Varsauiæ die XXVIII°
Mensis Maji Aº Dñi MDCXXXI Regnorum Vrorum
Sigismundus Rex Daniel Szyski.

Pincernatus Lomzeń monet Inoski Ni
colai Przeclawski - Inoski Stanislao Lasko-
ski Vicemarschalco Regni conferitur.

vsp. Sigismundus Rex Joannes Ds Ea pestat laude Inoscus

Stanislaus Laskowski Vicenistigavi Regni et Secretarius nr, Vt non minus
ex aviti generis Nobilitate claritudinem, quam etiam ex Virtutum
splendore decus, participet; is enim quam optimè locavit, iuventem
ætatem suam, non Vulgaria in dies, dum manicè no fungitur, vel
Assessoriabus nris interest Judicijs, ingenij et Mentis, qua
in iure Patrio pollet prebet argumenta. Satisfaciunt ipsi
alia quoq Virtutes, integritas et modestia, tum in rebus agendis
ac Commissionibus quibusuis obeundis, dexteritas, et industria,
quibus adminiculis, benevolentiam nram sibi conciliavit; hinc
est quod eam in numerum Secretariorum nrorum recipiendam
censuerimus, ac postmodum Vicenistigatoriis nunus, eidem im-
poni libenter passi fuerimus. Cum Vero, in Vtroq munere ita
se gerat, ut Ulteriora mereatur ornamenta Pincernatum
Lonzeny morte Gnosi olim Miolai Przeckowski Vacan:
tem, ipsi dandum et conferendum esse duximus; prout qui-
dem damus et conferimus, pntibus lris nris. Quem qui-
dem Pincernatum Lonzeny, Gratus Gnosus Stanisla-
us Laskowski cum Orbus Prerogativis ad eundem de iure vel
consuetudine pertinen, gerat ad extrema Vitæ suæ tempora,
Vel maioris alicuius dignitatis assecutionem. Quod Orbus
quorum interest Gertin Vero Dignitarijs Officialibus nonq
Nobilitati, Dictus Lonzeny notum esse Volumus, ejsdemq man-
damus, Vt Dictum Gnosum Stanislaum Laskowski
pro Pincerna Lonzeny habeant, et agnoscant, cuiq de loco et

sibus Progativis ad Diuernacus Ofm institutu Regni pertinen
respondeant, et ab alijs quorum interest responderi curent. Pro
gra nra. In cuius rei &ca Datu Varsauiæ die xxviiio
Mensis Maij Ao Dni MDC xxxvo Regnorum &ca
Oblata Iunis Duci Nobili Izycki Ko
tarno Cancellar Reg Mis Dati

Sigismundus &ra Scamus &ra Oblat ex ad Acta Cancell. nra hras infrascas. Sup
plicatumq nobis est ut eas ad eadem Acta suscipi et inscribi mandare digna
remur. Quarum Cicera nym tenor qui sequitur talis est
Sigismundus &ra Scamus &ra Quia nos bona certa Olim
Fundum cum Area, horto, pomariis atq edificijs ibidem
existentibus in Equitate nra Bochnen, et Suburbio eiusdem
dicto Krakowskie, ex opto Dilectarum nrarum Consisten
tibus quondam Sebestianum Gorski, certis ex causis, demis de
cti Cancellaria nra Notario, iure perpetuo et irrevoca
bili donationis, dare et conferen esse duximus, damusq
et conferimus pntibus lris nris; ita ut supra scriptum Fundum
cum eius attinenb, in possessorem suam Vindicet, et si
opus fuerit, iure agat, teneatq habeat, ac in suos Usus
rumq suorum quosuis beneplacitos Usus eodem iure con
uertat. Quod ad ium pntium Vero Magistratui Ciuili
Bochnen notitiam deducen, mandamus Vt requisiti a pdo
Donatario nro, Fundum Supra scriptum, cum eius attinen

pntis donationis Vigore, illi in realem et actualem possorem trā-
sant, et assignent, carentq; ut sine quauis mora et difficultate
eodem fundo potiatur. Pro gra nra Datum Varsauiæ die
vltº Mensis Martij Anno Dñi MDC xxxj Regnorū
nrorum Poloniæ xxxxiij Sueciæ Vero xxxviij Anno
Sigismundus Rex. Paulus Kiedzki.

Cui Supplicari nos benigne benigne annuen tras cin-
sertas ad eas Acta sascepi et inscribi atq; extradi
mandauimus. In cuius rei Fidem Patribus Sigillum
Regni est appressum Dat Varsauiæ die Vltima
Mensis Maij Aº Dñi MDC xxxj Regnorū Nrorū

Relatio Ludi in Chro Dñi
D. Jacobi Zadzik Epi Culmen
et Pom R.C. Supremi Cancellarij.

Oblata liberarum fundationis Artis
licum in Ciuitate Lukouien pcxt Sanni
Pextorum cum conuentis eisdem certis salutab,

Sigismundus IIIs Dei Gra Siamus Dei Gra Oblat'ee ad Acta Cancell
nrā Cras infrascras. Supplicatumq; nobis est ut eas ad Acta
eadem susciri et inscribi mandare dignaremur. Quarum li-
terarum tenor qui sequitur talis est. Sigismundus Dei Gra
Siamus Dei Gra Quod cum Generosus Erasmus Bonaszewski

Widkin, Scabuli Regni Præfectus et Capneus nr Lukovieny omne
fere anteacta ætatis suæ tempus in primis Aulæ nræ diligenti:
bus obsequiis impendisset post vero constans de nobis ac Re:
publica bene merendi Studium Singularemq; fidem integri:
tatem ac Virtutem bellicam compluribus expeditionibus
bellicis abunde probasset, seq; in Conuentibus, Comitialibus,
Particularibus, et alijs quibusuis publicis sanctionibus,
eidem Patriæ et salutis publicæ amantem, dignitatisq;
nræ et boni publici Studiosum ostendisset, ita et nuper de:
adua depressus sereita, in augendo promouendoq; bono pu:
blico satis florescentis Vigescentisq; animi sui ostendit cora:
tum, dum Artifices Panni Textores, à partibus Germaniæ
et Silesiæ sumptibus et impensis non mediocribus in Opi:
dum nrum Lukow induxit et ibidem eis domicilia in certo
fundo dicto Cieszkowski ab eodem Ozaido sito, propterea
empto, locauit; Quo vero facilius ejdem Artifices operâ
ac laboribus suis, insistere artiq; suæ vberiora, in dies capa:
re possit incrementa: Supplicatum nobis fuit per Nuncios Ser:
vitorum Regni nri, et magni Ducatus Lithuaniæ ut eisd liber:
tates, et immunitates ex benignitate nra Regia dare et conce:
dere dignaremur. Cui supplicationi Vri iustæ, reiq; ipsi bonæ
publicæ apprimè necessariæ, libenter annuen, pdcq; Ino:
stabili Regni nri Præfecti præclaram animis illius
propensionem, adiuuare volentes, facienda nobis esse duximus

Vt eorũ Artifices, Lanii Sextores, aliiq; alterius cuiuscunq; artis in
fundo dicto degentes, et commorantes, in nram Regiam protectionem
reciperemus, eisdemq; artificibus, tum adscripto fundo quatuorla-
neos agri, in se continen, libertatem et immunitatem ab oibus et
singulis tam publicis quam privatis Contributionibus, Regni,
Vt posse agrariis, à domibus Vulgariter Szoss dictis, Ex-
actionibus, quibuscunq; pecuniis, Seloneis et Vectigalibus quibus-
cunq; per totum Regnum nrum et Magnum Ducatum Lith-
quacunq; cum mercibus ex fisceri Seloneris finitimis tam-
tummodo exceptis) aliisq; quibusuis oneribus Regia
laudabis, et in posterum laudan, tam censibus ex eod-
fundo, tam ad Curiam castren quam ad Ciuitatem illam
Luvaren, pertinen, denq; Stationis Militum Castrensiq; qui-
busuis Exactionibus Contributione Ducalibus quadri-
ennio elapso intra quod tempus, liberi etiam adhuc Con-
tributione erunt, salua manente) damus et concedere
mus, ac quidem damus et concedimus presentibus Cis nris
ad decursum triginta Annorum, sese immediate sequen-
tium. Quod oibus et singulis quorum interest, prasen-
tium Vero Regni nri quibusuis Magistratibus, per non
Capneris nros, Contributionum publicarum Seloneorum et
Vectigalium exactoribus, nunc presentibus et in posterum
futuris denunciamus. Mandamus Vt Edictum Artifices in
hac libertate a nobis concessa ad Nros Successores con-

servent

seruent et ab alijs conseruari curent. Dcō grā nrā. In cuius rei fidem p̄ntes manu nra subscras sigillo Regni communiri mandauimus. Dat Varsauiæ in comitijs Regni Generalibus die xvi Mensis Februarij A° Dñi M.D.xxxv° Regnorum nrorum Poloniæ xxxxviij Sueciæ Vero xxxviij An°.

Sigismundus Rex. Daniel Szyski. Cui suppliconi nro benigne annuen, Cras Cōsecras ad cad. Ita suscipi et inscribi arg' extradi mandauimus. In cuius rei fidem p̄ntibus Sigillum Regni est Appressum. Dat Varsauiæ Feria ja Junÿ A° Dñi M.D.xxxj Regnorum Nrorum

Reuiso Rnd'm Chró Deis

D. Jacobi Zadzik Cracouien et

Ponez. R. C. Supremi Cancellarÿ.

Consensus ad cedendum de Oppido Villag Wierbka Throso Joanni Komorowski in perpō. nas Throsorum Petri et Adami Sulimirskich

Datus —.

Sigismundus &c. Siamus &c. Consensisse nos, et permisisse, consentireq et permittere, p̄ntibus Cris nris, Throso Joanni Komorowski, Vt possit et Valeat, de omni et integro iure no

v.t. adita linio sibi super Oppidum Wierbka, ac Villam nostris eiusdem ad idem Oppidum pertinen, in Districtu Lanckoriensi, Palatus Podoliæ Situm seruien cedere, Mutuo in personas Throsorum Petri et Adami Sulimirskich

transfundere

trasnfundere. Qua quidem Cessio jurisq; transfusio postequam
coram Actis quibuscunq; Regni nr̃i Authentic̃is facta et
recognita fuerit, Nos eam ratam et gratam habituri sumus,
cui eam qua cedente Consensu nr̃o peragetur. Vigore
cuius Cessionis prædicti Consensus nr̃i, Prædicti Petrus
et Adamus Salimierscij, bona eadem Oppidi Wierbka cum
sua Villa Wierbka, itidem dicta cum cibus cius incolis
fundis, cratis, agris, campis, Sylvis, mericis, indaginibus,
pascuis, colonijs, hortalanis, colonorum laboribus, molen-
dinis, censibus, oneribus, priuilegijsq; et singulis attinen-
et pertineay antiquitus, eo spectan prout et prædicto Joanne
Komorowski, possidebantur quilibet pro sorte et interes:
se suo tenebant, habebunt, et possidebunt ad extrema Vitæ
sua tempora: Promittimusq; pro nobis et Sermis Succe-
ribus nris, non esse nos, prædictos Salimierskis, ab
usu et pacifica possione prædicti Oppidi ac Villæ eiusdem
amoturos, aut a hienan cuipiam ptatem daturos, sed sal:
uum et integrum eas adhibeale, ipsis conseruaturos, quod
et Sermi Successores nri præsta bunt. Rone cuius adscita:
bitis, ex bonis ijsdem, Quartam Summarum partem si
ibidem aliqua inscripta sint, iuxta præscripta legum Lithu
et Regia condonare, tenebuntur. Si vero ea bona
a Summis libera sunt, tum Quartam prouentuum partem

Rauam quotannis inferre tenebantur. Iuribus nris Regalibus
Reipcæ Eccl[es]æ Catholicæ saluis. In cuius rei [fi]dem
Datū Varsauiæ die 11 Mensis Iunij Anno D[omi]ni MDL
xxxj. Regnorum nrorum [et]c.

Sigismundus Rex m[anu] p[ro]p[ri]a Lucas Drzewicki

Consensus ad eiden[m] Oppidum Wierzbka ac Vil-
lam eiusdem nomis Inso Ioanni Komorowoski in ser-
vos Petri et Adami Sulmierskich datus.

v. R.

Sigismundus III [et]c. Iuamus D[omi]ne Consensisse nos et permisisse
consentiręq et permittere p[er]ntibus fris nris Egnoso Ioanni
Komorowski ut possit et valeat deomni et integro iure suo
dominio sibi super Oppidum Wierzbka ac Villam nris
eiusd[em] ad idem Oppidum pertinens, in Districtu Lanjczo-
wien Palatus Podoliæ, sib[i] Seruien, cedere illudq in
personas Egnorum Petri et Adami Sulmierskich eranspun-
dere. Quo quidem cessio iurisq tranfusio, postquam Co-
ram Actis quibuscunq Regni nri Actoritatis facta et
recognita fuerit nos eam ratam et gratam habituri sum-
us eam qua prædente consensu nro secuturus. Vi-
gore cuius cessionis statiq Consensus nri p[re]dicti Pe-
trus et Adamus Sulmierskiq bona eidem Oppidi Wer-
bka cum sua Villa Werbka inde dicta, cum oibus eius

incolis

uicohis fundis, pratis, agris, campis, Syluis, Mericis, indaginibus
pasuis, colonis, hortulanis colonor labonibus, molendinis censibus
oneribus, Vniuersisq et singulis attinen et pertinen, antiquitus eo
spectan, prout à q.fato Ioanne Komorowski possidebantur,
quilibet pro sorte et interesse suo, tenebant, habebant &
possidebant, ad extrema Vitæ suæ tempora. Dismittimusq pro
nobis et Sermis Successoribus nris, non ee nos q.fatos Sali-
mirskios, abusa et pacifica possione, ddicti Oppidi ac Vil-
la eiusdem, amoturos, aut alienar, cuipiam potestatem datu-
ros, sed saluum et integrum ius aduitale, ipsis conseruata-
ros, Quos et Sermi Successores nri q.ta bunt, rone cuius
aduitalitatis ex bonis ijdem quartam Summarum partem,
si ibidem aliquæ inscriptæ sunt, iuxta q.scriptum legum
nobis et Reipcæ, condonare tenebuntur. Si uero ea bona
a Summis libera sint, tum quartam prouentuum partem
Ranam quotannis, inferre tenebantur. Iuribus nris Re-
galibus Rpcæ Eccliæ Catholicæ salvis. In cuius rei &c.
Datt Varsauiæ d. 11 Mensis Junij Aº Dñi MDC.
xxxxi Regnorum nrorum &c.

Sigismundus Rex Lucas Drozewski

Communicatio iuris super Villas Malkowi-
ce & Wola Malkowska in Capitaneata
Szydlowien sittarum per Generosum Stanislaū
Szuski Secretarium nrum. Consortiū facta

Sigismundus &c. Samus &c. Debetur id Virtuti, et Pr̃stantibus me-
ritis, Fnosi Stanislai Szuski Secretarij nri, qua nobis a mul-
tis annis, tum in Aula nra, tum in alijs occasionibus, singulari
fidelitate, et integritate Sitit, ut et coniugi ipsi Fnosa Jo:
ppsia de Brzezie, gra et beneficentia nra Regia, argumenta
exhibeamus. Quapropter facieny nobis ee duximus, ut quem:
adm ipsi, Villas Malkowice et Wola Malkowska, in
Capitaneatu Szydlowien Sitt, antea iure aduitalio contu lis-
semus; ita quoq nunc Dicta coniugi ipsi Fnosa Zop sia de
Brzezie, hoc idem ius aduitalium communicaremus; aut
communicamus Fribus Iris nris. Ita ut post hac, non
solum, ipse Fnosus Stanislaus Szuski, Verum et Fata
ipsius coniunx, Dictas Villas Malkowice, et Wola
Malkowska, cum oibus agris, pratis, campis, Syluis, ua-
gris, Subditis eorumq censibus, attinen- ac pertinen- uni-
uersis, antiquitus eo spectany, et ambo in Solidum rene-
ant, habeant et possideant, ad extrema Vitae ua- ac
alterius eorum tempora. Promitteny nobis et Seris
Successibus

Successibus nris, non de ros, Sermosq. Successores nros, memora
tos coniuges, quam diu in Viuis extiterint, Vel uno defun:
cto, alter eorum superuixerit, ab vra Fatorum bonorum,
amoturi, sed saluum iis aduitalē conseruaturi. Rōne uias
Aduitalitatis, quartam reddituum partem, quam quo:
tannis, Statō tempore inferre, ædificia sarta, tectaq
conseruare, nec Subditos iis dictis oneribus aggrauare, te:
nebuntur. Iuribus nris Dra In cuius rei Dra Datū
Varsauiæ die iii Mensis Junij Anō D. M.D.C.
xxxj. Regnorum nrorum Dra
Sigismundus Rex Ioannes Loski.

Ius caducum Nobi Ioann Winkler post
quosdam Mesten Miskie Succesoren Carolum Wodij Sco
tum Mesten here dictum Maschē Thobiam Kelbach
Propolam Symonem Richter, aliosq. infrenius specificatos comes
Sigismundus iii Dra Iacobus Dra Quia nos commendat m habent, v. u.
Nobilis Ioannis Winkler Singularem fidem, et in per:
tractandis Thesauri nri negotijs, dexteritatem, eidem bona
omnia Mobilia, et immobilia, summasq. quasuis pecunia:
rias, siue paratas siue aliqua rōne obligatas, et apud
quasunq. personas, et obligung locorum in Regnis et Dnijs
nris existen post quosdam Mesten Miskie Succesorem
Carolum Wodnij Scotum, Mesten here dictum, Masde
Thobiam, Kielbach Propolam, Symonem Richter

Canisrem, Marten Lissman fabram Sotarium, Mertten Schis Ma:
zatorem, Jnclas Skulezineny, certis ijsq; legitimis de causis,
ad fiscm nrum, iure caduco devolut, ex gra nrâ Regia, inee
perpetuâ, et irrevocabilis dononis, dan et conferen esse
duximus, damusq; et conferimus pentibus his nris. Ita
ut eadem bona ocia, cum et Summas pecuniarias, tam
parat, quam alias quasuis, vbicuis existen, inquirat
iure adent, et in possionem suam vindicet, tcreatq; fa:
bcat, et possideat, ac in suos, suorumq; Successores quos:
uis beneplacitos vsus, eodem iure convertat. Quod
oibus et singulis, præsertim Magrantbus, tam Castren
quam Civilibus, et in primis, Magratus Civili Skwey:
nensi, cæterisq; sub quorum iurisdone bona pfata e:
xistunt, notum esse volamus, mandamusq; vt requisiti
à prædicto Bonatario nro, bona omnia supradicta,
quæ vspiam reperta fuerint, pntib; dononis pri:
ore, illi in realem et actualem possionem, tradant,
et assignent, curentq; eo sine quauis mora et difficul:
tate, ijdem bonis potiatur. In cuius rei Fam Datum Varsauiæ Die Mensis Junij
Anno Dñi MDC xxxv. Regnorum nrorum Ima
Sigismundus Rex Lucas Drzewicki.

Assecuratia Vrodzonemu Panu Adrianowi Bro-
niewski Dworzaninowi Jego Krolewica JEMci Wladislawa
Syna naszego dogodzil Sanad Przyszlego Tysiecy zlotych
na potrzeby tegosz Syna naszego na ktore potrzeby tegosz
Vrodzony Broniewski ieszcze Summa Dziesiacia Tysiecy
zlotych Polskich na blisko przyszle Swiato Pana Sa-
krzyciela na wygodzie. Gdy na sobie tę Summę tak Przy-
dziesta Tysiecy zlotych iusz istotnie odliczona iako y na
tę dziesiąc Tysiecy zlotych, ktora ma na przyszły S. r. n. odnic.
Co wszystko zlączywszy, czyni Summę ztterdziesci Tysiecy zlotych
Polskich pomienionemu Vrodzonemu Adrianowi Broniewskiemu
tę naszę Assecuratią daiemy, y tym niniejszym pisaniem
naszym pozwalamy ze ią wszystkę zupełną z prowentow
Dworzan Kro JEMci wybrac będzie mogł. A in casu
Smierci pomienionego zstycie prowentow Summę tę wybrac,
albo iey dobierac będą mogli. Na co dla lepszey pewności
tę naszę assecuracyą onemu podpisem ręki naszey daiemy
do ktorey y pieczęć Koronna przyciskać roskazalismy.
Datum w Warszawie die V Junij MDC XXXJ

s. u.

Panowania naszego Polskiego xxxxiv Szwedzkiego xxxviii Roku.

Sigismundus Rex. Daniel Izjczki.

Confirmatio literarum Conservationis circa vtum
Brius Lanci Honesti Theodori Loponi ritus Grecii
in Capta Trebowlien per Capitaneum Trembowlien facti

v.g.

Sigismundus III. Etc. Produktas coram nobis fuisse Literas pa-
tentes infrascriptas, manu Egregii Alexandri Balaban Trem-
bowlien Rodzinensis nri Capitanei, Subscriptas, et sigillo eiusdem
communitas, sanas, salvas, et integras, omnig suspitionis nota
carentes, continen, inse, conservationem circa particulam agri
in Lanco, ad arcem Rodzatinen pertinen, vitam Honesto
Theodoco Loponi ritus Graeci, circa quam particulam agri
Antecessores sui Capnei Rohatynen eund Loponem ab
antiquo conservabant, servier, Supplicatumq nobis est, Ut
eas Literas Authoritate nra Regia approbare, et confir-
mare dignaremur. Quorum tenor est qui sequitur Talis.

Alexander Balaban, Starosta Trębowelski, y Rodatyn-
ski, Wiadomo czynię wszytkim wobec komu to wiedzieć należy
y kożdemu zosobna. Iż za pewną requisitią Oney Ka
zrodzieia, Theodor, Religij Greckiey, Produkował przed
mną Listy, sobie, od Antecessorow moich, antiquitas na Szmie
Pola, ku pasiece, na takie Zamkowym, które od Starego
Mierskiego

Mieiskiego ij odenzi Potoka ziednej strony a zdrugiey podle grun-
tu Kistowego wzgore dolina, przes droge ij blotka Suchostawiec,
przesz Okop Lasieki Popa Zatuskiego, do blota rzeczonego
Kamiszcza, takze na Sianozec pusta, rzeczona Czarnosz:
nika radzewszija Czernem za Sinkarska Sianozecia lezacy,
nadane, wzdez ij wzdluz, według Statowanijch znakow, oba pob
dolinij na dol, przesz Czernic ij droszke do blota, na co ij Xiag
Leszczynskich w Roku 1616. ij w Roku 1624 pod prze-
czeniami ij podpisem Rak Ich M.M. P.P. Leszczynskich,
na ten czas będących, Listij na dane, okazowal. prosil
edij abijmgo według onijch Listow, takze ij Vzywania
wpolwin zachowal. Jakoz ia bacząc Slusznaj affectacijj
przij Vzijwaniu ij spokoinym dzierzeniu, pomienionij gru-
tow, ij Lasieki zachowanij; tak iednak abij Statecznie
Pana Boga prosic, za Naiasnieiszijch Krolow. M.M.
ij dzierzawcow tamecznijch, winien zostawa[illegible]; a na inszc one:
za, census, Decimas, tam zone fundi, quam apium, mi na
bijdz Vjciagany, tak iako zdawna Zazijwa[illegible]. Pozwa-
laiąc mu dosego, na Blocie Suchostawcu, nowij kopac ij
one oczuszczac, iako naylepiej będzie mogl, ku pozij:
tkowi swemu, przijspasabiac, na co pozwalam mu ij V
K. M. confirmacija Vjczarni. A dla lepszej wiary
przij pieczęci przycisnionej, ręka się swą podpisuię.

Dan w Rodzanjcu dnia Brudzieszego Lipca Roku P. 1624.

Alexander Batabar, Starosta Rembowelski i Rodzanyski.

Cui supplicori nro benigne annuen, preinserta s. Cras, en ord
em punctis, clausulis et articulis, in quantum iuri comma:
ri non repugnant, approbam et confirmam esse duximus ap:
probamusq; et confirmamus, ac eundm Theodorum Popo:
nem, area prum et possessionem dictam rera in Cris Grosi
Caprei Rohatnery specificatam, pretextus hisce, relin:
quimus. In cuius rei Cra Datu Varsauiæ die v. Mon:
cis. Junij Ao D. MDC xxxv. Regnoram Cra

Sigismundus Rex Joannes Bedermann

Surrogatoriatus Calisiensis Inso
Andrea Liniecki confertur.

Sigismundus Rex. Quod cum Magnus Stanislaus
Przyiemski, Marschalcus curiæ Regni, Maioris Poloniæ
Generalis, Conterenej ni Capreus ad minus Surrogatoris
Calisien, obeundam Insum Andream Liniecki, nobis
commendasset, utq; ipsum Capreali iurisdictioni exercen:
da, in locum suum substituremus, à nobis petijsset. Dan:
dum hoc commendationi, petitionig; ornati. Magci Mar:
schalci curiæ Regni, putauimus, ut eundem Insum
Liniecki

Lisiecki, Virum in iure Patrio egregie versatum, singulariq; virtute ac integritate preditum functioni huic surrogare. mus, et substituerimus: Vti quidem presentibus surrogamus, et substituimus; Plenam et integram potestatem, eidem tribuentes, priuersas et singulas causas et actiones Judici. arias, ad Judicium et Forum eiusdem Capreatus iure et consuetudine pertinentes, cognoscendi, decidendi, et diudicandi Actusq; quosuis Judiciarios, nimirum resignationes, do. nationes, obligationes, reformones, adnotationes, in Scres et alias quasuis recognitiones, et Innotones, ad Acta suscipiendi. Ita tamen, quod Juramentum corporale, su per hoc idem Forum praestare tenebitur. Rotumq; id oibus quorum interest faciendi, praesertim vero, digni. tatis, Officialibus, totiq; Rotitati, praefati Capreatus Judi. ciendi eisdem mandamus, ut praefatum Venerum Andre. am Lisiecki, pro Vero ac legitimo Substituto et Surroga tore Judiciendi habeant, et agnoscant ipsiusq; iurisdi. ctioni, in oibus pareant, ac de oibus reditibus, ad hoc idem Forum iure et consuetudine pertinendi, respondeant et respon. deri curent. Seu gra nra et debito suo. In cuius rei fa

Data Varsauiae. VII Junij MDC.XXXJ Regnorum nra

Sigismundus Rex

Paulus Potocki.

Consensus Pr̃ßo Samuelis Goluchowski ad
fodiendum Metalla cuiuscunq; vocitentur
nomine

Sigismundus &c. Samus &c. Quod cum in Capreatu nro Bieuez,
reperiantur loca, de auro, argento, aliisq; metallis fodiendis
suspecta, eaq; Generosus Samuel Goluchowski, experiri de-
liberauit, dummodo super id consensum nrum Regium habeat.
Nos prouidentes, magno id commodo, nobis et Reipublicæ fore
si metalla ea, quæ terra celat, in lucem educantur,
tum etiam benignam nrām habentes rumptuum eo-
rum etiam benignam rationem habentes sumptuum eo
impensarum, eiusdem Generosi Goluchowski, facile in id
consentiendum nobis esse duximus, prout consentimus per
præsentes. Vt possit loca omnia, in eodem Capreatu nro
Bieuez, exentia quæcunq; de Metallis ijs, suspecta
visa fuerint, fodere, et ex ijs metalla, cuiuscunq; ge-
neris, reperta fuerint, erruere, et euellere, ac ijs omnibus
erutis, et euulsis, pro commodo suo vti, ad decursum
Duodecem Annorum, immediate se se sequentium, a
præsenti computando, absq; oneribus et pensibus.
Electionis vero ijs annis tota eorundem locorum in
eisq; contentorum Metallorum dispositio ad nos
Sermosq;

Sermosq Successores nros redibit, nihilq ibi iuris, aut proprie-
tatis, Prouiato Gnoso Samueli Gołuchowski, eiusq Successoby
zema rebit. Si vero eam, non adimpleris suprascris Duode-
cem annis, mori contigerit, reliquum id totum tempus,
proximus eius hæres, et Successor ad implebit. Juriby
nris Dña Incarnus rei Dña Data Varsauiæ die Xa
Mensis Junij Aº Dñi MDXXXIº Regnorum Dña
Sigismundus Rex Paulus Kołudzki.

Consensus ad cedendum de semiquato Manso agri in
Villa Molna Capitis Lanckoronen Prosto Simon Sza-
winski Capreo Lanckoronen in personam Nobilis
Alberti Sakowski datus.

Sigismundus III Dña Samus Dña Oblatas esse ad Acta Capitl Ex.
Nostræ maioris, Leas infrascras. Supplicatumq nobis est, vt eas
ad eadem Acta Suscipi, et inscribi, atq ex eisdem Au-
thentica extradi mandare dignaremur. Quarum Tenor
tenor, qui sequitur talis est: Sigismundus III Dña Samus Dña
Consentire nos, et permittere Vsery Cris nris, Gnoso Joan-
ni Simoni Sozawiński, Capreo nro Lanciuien vt possit
et valeat, de oi et integro iure suo Dotalis, sibi, su-
per tres mansos agri, et medium quarti, in Villa nra
Molna, Capreatus eiusdem, consistcn competente, cedere,
illudq coram quibuscunq Regni nri Officio Acris,

in persona, Abbis. Albert Sikowski, qui in pariis expeditionibus, pro pace contra Cosacos, et Deny Ruthenico, militarem nobis et Regiæ, navasse operam, transferre et transfundere; ita ut post facta ea tunc celebrem, vigore eius Deny Consensus nri, dictos tres Mansos, et medium quartum, ac ortibus eorum attinen et pertinen, potissimum vero cum omnibus pascuis, dictis ostrowek, Speitag, memoratus id Sakowski, teneat, habeat, et possideat, et possideat ad extrema vitæ suæ tempora. Deo rationi pro nobis et Sermis successoribus nris non ee nos, eund Sakowski, ab hac et possore dictorum Mansorum, vita ips durante, amotuos, minimq amouen, item facturos, sed salvum et integrum ius, ipsi adscita, conservaturos, salvis ortibus ex ips mansis debitis. In cuius rei, Regalibus, Regiæ, et Ecclæ Catholicæ, illesis manen. In cuius rei fidem Deny manu nra subscripsi, Sigillo Regni nri communiri iussimus. Dat Varsaniæ die xxx Mensis January, Anno Dni M D xxx Regnor nror Poloniæ xxxiii. Sueciæ xxxii. Ano Sigismundus Rex. Paulus Koludzki. Cui Supplicioni nos benigne annuen, Cas Insertas, ad eadem A. cta Suscipi, et inscribi, atq extradi mandauimus. In cuius rei fidem Pntibus Sigillum Regni est appressum

appressum. Dat Varsauiæ xvi Junij Aº Dñi MDC
xxxvº Regnorum nrorum 9na

Relatio Rnd in Chro Pris D.
Jacobi Zadzik Epi Culmens et
Pomez. Supremi Cancellarij

Tenuta Jastrzebice cum Villis ad eam pertinen
morte Gnosi Joannis Ostrorog Gnoso Nicolao
Ostrorog Capitaneo Drohoviscen conferitur.

Sigismundus &c. Et si maiora quia, egregia virtuti, &c.
heroicisq; factoribus et meritis, belli pacisq; tempore, plurimis occa-
sionibus erga nos et Rempcam contestatis, Gnosi Nicolai
Ostrorog, Capnei nri Drohoviscen, quam grens occasio ferret de-
beantur, noluimus tamen, candem, ita nobis clabi, quin ea esse
offerente ipsi gratificaremur, nostramq; erga eum illo etiam
dio minus cogitante, testaremur munificentiam. Quinde quia
te ad gens, Tenuta Jastrzebice dicta, in Palatu Belzen
sit, morte Gnoi olim Joannis Ostrorog, ad Bisporem nram
devolut, eandem ipsi, dandam et conferendam esse duximus.
Vti quidem damus. et conferimus gentibus. Ita vt gfata
Tenutam Jastrzebice, cum villis Wolszewin, et Krzynica
nec non agris, pratis, campis, Sylvis, Cambus, piscinis, Sta-
gnis, Molendinis, Tabernis, Subditis eorumq; censibus

laboribus caeterisq attinen et pertinen. Vniuersis antiquitus co pec:
tinen, idem Gnosus Nicolaus Ostrorog, capreus Brokouiseny,
